

quoniam de uno loco ad alium portari potest, & in Ecclesia, ubi Altare aliquod hoc non habeat, de altero Altari sumi solet, & ea deferri, & communiter appellatur hoc Altare portatile consecratum, petra sacra, Ugolin. *d. cap. 30. num. 4.* Fusc. *d. cap. 21. n. 6.* & *cap. 22. num. 2.*

- 26 Si Altare sit fixum & stabile, ubi tota tabula Altaris movetur, exsecratur, seu violatur, si fuerit enormiter læsum, vel sigillum, sub quo Reliquiæ conduntur, frangatur, seu lapis, sub quo sunt Reliquiæ, amoveatur: quod relinquitur Episcopi iudicio, qui ex re oculis subjecta facilius dignoscere poterit, an sit secum exsecratio. Ita Pialec. *in praxi nova Episcop. d. cap. 5. n. 8. vers. violatur*, Fr. Ludovic. Miranda *d. art. 3. conclus. 1.* Ugolin. *d. cap. 30. n. 4. vers. 2.* Deinde violatur, & exsecratur hoc Altare fixum, si mota fuit junctura, qua mensa stipiti adhæret, & hoc sive sepulchrum sit in latere Altaris, sive etiam, & multò magis, si sit sub ipsa mensa, vel si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moveatur, ut tenet Miranda *d. conclus. 1.* & denique aliis eisdem modis exsecratur, quibus Altare portatile, ut dicit Ugolin. *d. n. 4. vers. exsecratur.* Et cum Reliquiæ in Altaris consecratione sint ponendæ, ut probat Fusc. *d. cap. 21. n. 2.* sequitur sublatis illis esse Altare exsecratum, ut dicit idem Fusc. *d. lib. 1. cap. 22. num. 5.* ubi *n. 6.* tenet nova reconciliatione opus non esse, si degradatus, aut interdictus, sive etiam excommunicatus in Altari celebraverit, per text. expressum *in cap. 2. in fine, de Sacramentis non iterandis.* Lapis profanatus Altaris potest vendi, & licite teneri ab emptore, sed in loco decenti & honesto, *S. Congreg. Rit. in Reatina, 9. Maij 1609.* Ecclesia exsecrata, censetur etiam Altare exsecratum, non autem è contra; nam Altare habet se ut accessorium respectu Ecclesiæ, Ecclesia verò habet se ut principale, argum. text. *in cap. 1. in 2. respons. de Consecrat. Eccles.* ubi habetur quod propter exsecrationem Altaris motu, aut fractione contingentem, non debet Ecclesia de novo consecrari, faciunt quæ Fusc. *d. c. 22. n. 7.* Intellige de Altari portatili; nam in stabili dicendum est, quod exsecrata Ecclesia non proinde exsecratur Altare, nec reconciliatione indiget, Sylvest. *verb. Altare, q. 11.* Ragul. *de Missa in Ecclesia, questio 34. & 35.* Miranda *d. quest. 39. art. 7.* ubi reddit rationem, quia consecratio Ecclesiæ consistit in parietibus, & separata est à consecratione Altaris; unde illa violari potest combustis, vel collapsis parietibus, consecratione Altaris intacta remanente: & è contra potest destrui Altare, Ecclesiæ parietibus illæsis existentibus. In Altari, in quo Episcopus, celebravit, non potest eo die celebrare Sacerdos, nisi de licentia Episcopi, ut habetur *in cap. fin. de Consecrat. dist. 2.* Henriq. *d. cap. 28. §. 1. in fine.* Verùm *d. cap. fin.* procedere, quando Episcopus in propriis Ecclesiis, & in sua Diocesi & solemnè cærimonia, hoc est Pontificaliter celebrat, asserit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 10.*

- 27 Permittendum non est, sepulchra hominum supra Altaria erigi, ut admonet Archid. per text. ibi *in cap. non oportet, de Consecrat. dist. 1.* quem refert, & sequitur Fuscus *dict. cap. 21. num. 15.* & hinc respondit *Sacra Congregatio Archiepiscopo Tranensi, 8. Novembr. 1599.* non esse consecranda Altaria, sub quibus sepulta sunt corpora mortuorum, nisi eis remotis, prout refert Pialec. *in praxi nova Episcop. d. c. 1. num. 7. in fin.*

- 28 Dubitari potest, an Ecclesia, seu Altare pollutum censeatur, quando per Episcopum publicum excommunicatum consecrata, seu benedicta dicta Ecclesia proponitur? Affirmativè eodem modo dicendum est, sicut quando excommunicatus, seu infidelis in ea sepelitur; quo fundamento ita tenent Henriq. *in sum.*

lib. 9. cap. 27. n. 6. in fin. Tolet. *lib. 5. instruct. Sacerd. cap. 8. propè fin. vers. quinta*, Ugolin. *de potest. Episcop. cap. 29. §. 6. n. 1.* Gambarupt. *de casibus reserv. cap. 15. casu 6. num. 15. pag. 204.* Sylvest. *verb. Consecratio 2. vers. quintus casus est*, Navar. *c. 27. n. 259.* dicit etiam receptum Suar. *disp. 81. sect. 4. vers. 4. violatur Ecclesia*; cujus rei ea tantum solet assignari ratio, quæ à simili deducitur: inquit enim, quod sicut sepultura corporis excommunicati sufficiens est ad polluendum Ecclesiam, ut *in cap. consulisti, de consecrat. Ecclesia*, sic à fortiori consecratio ejusdem Ecclesiæ, seu benedictio emanans per os excommunicati, debet esse ad hoc sufficiens. Verùm hujusmodi sententia contradictione non caret, eam enim impugnat Suar. *d. loco*, quem refert, & sequitur Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 153. num. 2. conclus. 1.* post multos comprobat novissimè Fagundez *in quinque Ecclesia precepta, p. 1. lib. 3. cap. 14. n. 56.* & de rigore Juris sibi magis place-re asserit Ugolin. *ubi proximè*, ex eo scilicet fundamento, quia pollutio Ecclesiæ habet se ad instar irregularitatis, & irregularitas non habet locum, nisi in casibus à Jure expressis, juxta text. *in cap. is qui, de sententia excommun.* Sed à priori opinione non esse recedendum, asserit Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. cap. 1. vers. & quamvis*, ubi latè contrariis respondet fundamentis.

Cœmeterium est locus consecratus Ecclesiæ contiguus, vel ab illa separatus, de cujus institutione, & materia, vide Durand. *in ration. divin. lib. 1. cap. 5. n. 11.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 6.* Bertach. *in repertorio, verb. Cœmeterium*, Steph. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. cap. 23.* Fr. Hieronym. Romanum *de Republica Christian. lib. 4. cap. 4.* Spin. *in speculo testament. gloss. 2. principal. num. 33.* Decian. *tract. criminal. lib. 6. cap. 24. n. 28.* Card. Tule. *lit. C. verb. Cœmeterium, conclus. 318.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 15. num. 40.* Cened. *ad Sext. collect. 11. num. 7.* Ugolin. *d. cap. 29. §. 6. num. 2.* Fr. Ludovic. Miranda *d. quest. 39. art. 20.* De illius verò consecratione, pollutione, & polluti reconciliatione, idem omnino tenendum esse, quod de Ecclesia diximus, affirmat Hostiens. *in sum. de consecrat. Ecclesia, num. 9.* Pialec. *in praxi Episcopali, d. cap. 5. num. 6.* Durant. *d. lib. 1. cap. 6. num. 43.* Mar. Alter. *d. disp. 3. cap. 2. vers. Secundo*, nisi quod Ecclesia polluta, censetur pollutum quoque Cœmeterium, non verò è contra, *cap. unic. de consecrat. Eccles. lib. 6.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. cap. 1. vers. quarto dubitatur.*

Latius rem investigando sciendum est, Cœmeterium, etiam contiguum ipsi Ecclesiæ pollutæ, pollutum esse, modò Cœmeterium ita propinquum sit, & contiguum, ut extrema Ecclesiæ tangant extrema Cœmeterij, & ita polluta Ecclesia, & Cœmeterium pollutum est; non tamen polluto Cœmeterio contiguo Ecclesiæ, ipsa Ecclesia polluta censetur, *d. cap. unic.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 27. §. 5.* Gambarupt. *de casibus reserv. cap. 13. casu 6. num. 10.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13. vers. 5. col. 1026.* & *d. cap. 6. q. 2.* Cened. *ad Sextum, collect. 11. n. 7.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 16. n. 28.* Ugolin. *d. §. 6. n. 2.* Fr. Ludovic. Miranda *d. art. 2.* ex ea scilicet ratione, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, *ex reg. accessorium 42. de reg. Juris lib. 6.* cum citatis per me *de Axiomat. Juris usufreq. Axiomat. 4.* deinde quia dignius, & potentius trahit ad se naturam minùs digni, sive minùs potentis, Gomez *variar. tom. 3. cap. 10. n. 6.* Sanch. *de Matr. lib. 3. disp. 29. n. 8.* Benedict. Ægid. *in repet. l. unica, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, p. 3. §. 1. num. 14.* Moneta *de decimis, cap. 9. q. 5. num. 158.* Et idè de-
lictum commissum in Cœmeterio, aut Ecclesiæ vestibulo, non est commissum in Ecclesia, ut resolvit Cald. Pereira *quest. forens. lib. 1. q. 3. num. 8.*

Quando

Quando verò Cœmeterium Ecclesiæ pollutæ
 33 contiguum non est, tunc polluta Ecclesia, illud pol-
 lutum non censetur, quia accessorium Ecclesiæ tunc
 non est, nec censetur esse, ut habetur in *dict. cap. unic.*
 & tenent Doctores ibi, & ceteri supra citati. Si au-
 tem duo Cœmeteria sint contigua, interveniente
 tamen pariete, cum censeantur duo, uno violato, aut
 polluto, non perinde aliud est pollutum, etiamsi
 porta esset in pariete, per quam ab uno ad aliud fiat
 transitus. Ita Sylvest. *verb. Cœmeterium 2. quest. 2.*
num. 3. Azor. *d. cap. 9. quest. 3.* Mar. Alter. *d. disp. 3.*
cap. 2. vers. postulabit. Fr. Ludov. Miranda *dict. art. 2.*
in fine. Ugolin. *dict. §. 6. vers. excipitur tamen, il 2.*
ubi in vers. seq. resolvit, si in porta, per quam ab uno
ad aliud fit transitus, fuerit humani sanguinis, vel
seminis effusio, utrumque pollutum esse, si porta in
pariete extructa gratiâ utriusque facta videretur.
 Sed ultra distinctionem, quam afferunt Gemin. in
dict. c. unic. num. 6. & ibi Anchar. *vers. quintò nota,* &
 Franchis in *fine,* respondet Mar. Alter. *dict. cap. 2. vers.*
hac difficultas, quod si paries communis, in quo est
 porta, æqualiter extructus est in solo utriusque Cœ-
 meterii, ita ut dimidia pars pertineat ad unum Cœ-
 meterium, dimidia ad aliud, tunc si pollutio in una
 parte contingat, illud tantum Cœmeterium erit vio-
 lutum: si autem in utraque parte fiat, utrumque pol-
 lutur; si verò paries, & porta pertinent ad unum
 Cœmeterium solum, non ad aliud, tunc illud solum
 Cœmeterium polluitur. Si verò cœmeterium ab
 Episcopo benedictum, non sit Ecclesiæ contiguum,
 sed de se reputabitur locus sacer, & licet polluta
 Ecclesia, cui est proximum, illud non polluat, pol-
 lutur tamen, si in eo copula illicita, aut sanguinis
 injuriosa effusio habeatur, prout resolvunt Navar.
 in *man. cap. 16. n. 3. vers. interrogatus autem,* Henriq.
 in *sum. lib. 5. de Pœnit. cap. 6 §. 5. in commento litt. H.*
 Sanch. *de matrim. lib. 9. disput. 15. num. 40.* Fagun-
 dez in *quinque Ecclesiæ præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 14.*
num. 15.

Cœmeterium quoque reconciliatur ea ratione qua
 34 Ecclesia: nam si per Episcopum solemniter consecra-
 tum sit, eo polluto, per Episcopum reconciliari debet
 aqua solemniter cum vino, & cinere per eum bene-
 dicta, *cap. consulisti, de consecr. Eccles.* Si verò ab
 Episcopo non est solemniter benedictum, sed tantum
 ad sepeliendum destinatum, per Parochum Sacerdo-
 tem poterit aqua exorcizata reconciliari: ubi verò
 pollutum est Cœmeterium, non per se, sed ob Eccle-
 siam pollutam ei contiguam, reconciliata Ecclesia,
 erit reconciliatum & ipsum Cœmeterium, & ita te-
 nent Doctores omnes in *d. c. unic.* & resolvunt Azor.
d. c. 6. q. 4. Ugolin. *d. c. 29. §. 8. n. 4. & 5. ubi num. 6.*
 subdit, quod sumptibus ejus, qui Ecclesiam polluit,
 illa reconcilianda est, & in ejus defectu Episcopus
 solvet, & si non adsit, populus, & Parochus submini-
 strabunt sumptus, servata in hoc consuetudine, vel
 statuto, si quod adsit.

35 Ad Episcopos de Jure spectat Calices, ac Patenas,
 quorum altero Christi Domini sanguis continetur,
 altero Corpus contrahitur, consecrare, id quod fit
 sacro Chrismate in exteriori superficie adhibito, ut de
 Calice habetur in *cap. unic. §. ungitur præterea, de sa-
 cra unctioe,* vide Barthol. ab Angelo *dialog. 5. de Missa*
§. 271. & 335. Lomas in *summa methodi part. 3. c. 5.*
§. 16. Ugolin. *de potest. Episcopi c. 31. n. 1.* Henriq. *d.*
lib. 9. c. 18. §. 1. Azor. *dict. p. 2. lib. 9. c. 7. q. 1.* Jacob.
 de Grassiis *d. lib. 2. c. 43. num. 4.* Durand. in *rationali*
divinorum, lib. 1. c. 8. num. 3. cum seq. Homobon. de
examine Ecclesiast. tract. 11. c. 7. q. 18. resol. 4. Fagun-
 dez in *quinque Ecclesiæ præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 21.*
num. 14. quæ quidem Calicis, & Patenæ benedictio,
 cum sit Ordinis Episcopalis, ut dicit Sbroz. *de officio*
Barbos. de Episc. Pars II.

Vicarii lib. 2. q. 7. num. 8. non potest fieri per simpli-
 cem Sacerdotem, Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. q. 19.*
art. 1.

Po est tamen hanc consecrationem Calicis, & Pa-
 36 tenæ Summus Pont. simplici Sacerdoti committere ex
 causa, ut docent Sylvest. *verb. consecratio 2. q. 8.* Suar.
tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 5. vers. tertio additur, Fa-
 gundez *d. c. 21. n. 14.* Megal. in *suo promptuario Theo-*
log. moral. verb. Abbas, n. 18. & verb. Calix, n. 3. me-
 citato in hoc loco, Navar. in *Lucerna Regul. verb. bene-*
dicere, n. 5. Unde Innocent. VIII. privilegio suo edito
 anno Dominica Incarnationis 1489. ad petitionem
 Ioannis Abbatis Cisterciensis concessit illi, & qua-
 tuor primis Coabbatibus ejus tunc, & pro tempore
 existentibus, ut de cætero perpetuis futuris tempori-
 bus quæcunque vestimenta, ac ornamenta Ecclesiasti-
 ca, Corporalia, vasculaque ad reponendam sacrami-
 Eucharistiæ, in locis, & domibus dicti Ordinis be-
 nedicere, & Calices consecrare, tam de dicto Ordine,
 quam si ad eos aliunde nonnunquam deferantur, va-
 leant, & possint. Refert Fr. Ludovic. Miranda in *man.*
Prælator. tom. 2. q. 41. art. 4. ubi etiam advertit præ-
 dicto privilegio perfrui non posse alias Religiones
 privilegium etiam habentes communicationis, tangit
 Portel. in *dubiis Regularibus, verb. Abbas, num. 3.* ubi
n. 4. cum Henriq. in *sum. lib. 9. cap. 28. §. 2. lit. H.* ait
 quod Patres Societatis Iesu in Indiis consecrant Ca-
 lices. Ex quibus colligitur, non bene dixisse gloss. in
Clem. attendentes, de statu Relig. dum habet secluso
 privilegio aliquo, de iure benedictionem Calicis, &
 Patenæ spectare ad Abbates, qui Baculo Pastoralis
 utuntur, cæjus tamen contrarium optimo jure defen-
 dunt Gemin. in *c. Abbates, de privil. in 6.* & Sylvest.
verb. Calix, num. 2. quos refert, & sequitur Fagundez
d. c. 21. n. 14. quam hoc illis ex privilegio solum com-
 petere posse observant Azor. in *stit. moral. p. 1. lib. 10.*
c. 28. q. 2. Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 36. art. 6.* Suar. *tom. 4.*
de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. ult. à n. 2. Lezana in *sum.*
cap. 18. num. 58.

Calix, & Patena non solum consecrationem amit-
 37 tunt si notabiliter frangantur, ita ut non possint in-
 servire ad usum præfixum, & constitutum, ut bene
 docent Vasquez 3. *part. disp. 233. cap. 4. num. 34.* S.
 Thom. 3. *part. q. 83. art. 3. ad 6.* Bellarm. *lib. 2. de Mis-*
sa, cap. 14. Fagundez *dict. cap. 21. n. 16.* observantes
 quod tunc dicitur Patena notabiliter fracta, quando
 Hostiam capere non potuerit, & Calix etiam quan-
 do in eo commodè sanguis Christi consecrari non
 possit. Verum etiam quando hæc vasa deaurata
 38 sunt, & usu aurum amittunt, & iterum postea deau-
 rantur quoad illam superficiem, quæ tangit corpus,
 & sanguinem Christi, consequenter opus est nova
 consecratione ex eo, quia consecratio Calicis, & Pa-
 tenæ fit præcipue propter contactum corporis, &
 sanguinis; posita autem nova deauratione, contactus
 non potest fieri in parte consecrata, cum aurum ad-
 ditum consecratum non sit. Ita Sylvest. Angel. Ar-
 mil. & Tabien. *verb. Calix,* quos refert, & sequitur
 Barthol. ab Angelo *dialog. 5. de Missa, §. 324.* Azor.
inst. moral. part. 1. lib. 10. c. 28. q. 4. & part. 2. lib. 9.
cap. 7. quest. 3. Durand. *d. lib. 1. cap. 6. num. 35.* Fr.
 Emman. in *sum. tom. 1. cap. 249. n. 21.* Suarez *tom. 3.*
disp. 81. sect. 3. col. 3. vers. solet verò, Reginald. in *pra-*
xi fori pœnitentialis, lib. 29. n. 199. Ugolin. *de potest.*
Episcop. c. 31. num. 3. versic. 2. Fagundez *dict. cap. 21.*
num. 24. Quidquid contrarium teneant Einmanuel
 Sa, *verb. Calix, Selv. de benef. p. 1. quest. 5. num. 99.* &
 Coninch. *de Sacrament. quest. 83. art. 3. dub. 3. n. 246.*
 Lyman in *Theolog. morali lib. 5. tract. 5. c. 6. num. 7.*
 Diana *moral. resol. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 3.* Nec pro
 illis facit, quod Calix consecratus non amittit con-
 consecrationem amissione deaurationis, ex quo videbat

tur, non indigere nova consecratione, interveniente nova deauratione, cum principalis pars videatur trahere ad se accessorium: quia responderetur aurum Calicis non solum esse consecratum secundum se, verum etiam totum Calicem per modum unius, & ita adveniente nova deauratione constat aurum, quod de novo additum fuit, non esse consecratum, & consequenter indigere nova consecratione. Neque dici potest, consecrationem Calicis consecrati redundare in aurum de novo additum, tanquam in accessorium, & minus principale: responderetur enim, principale in hac materia non esse expectandum ex quantitate materiae, sed potius ex usu rei consecratae, ita ut illud censeatur principale, quod proximè fuit institutum ad continentium, & tangendum Corpus, & Sanguinem Christi, quod præcipuè fit à parte deaurata, ut tenent Suar. Vasq. Reginald. Coninch. & alii apud Barthol. ab Angelo *citatis locis*. Nec etiam obstat si aliquis dicat eodem modo formam consecrationis Ecclesiae consecratae perire eo ipso, quod parietes dealbantur, aut picturis ornantur, quia responderetur magnam esse differentiam; nam Calix Unctione Chrismatis in exteriori superficie adhibita consecratur, Ecclesiae verò consecratio inest in crusta parietis, quæ non perditur si paries dealbetur.

- 39 Consecratio Calicis non amittitur per aliquos ictus à fabro inflictos, ut tenent Armil. *in verbo Calix*, n. 4. Barthol. ab Angelo *dialog. 5. de Missa*, §. 323. Azor. *p. 1. lib. 50. cap. 28. quest. 5.* † Nec etiam amittitur quoties separatio fit absque fractione, ut accidit in Calice tornatili, cujus partes separantur absque fractione, quicquid aliqui contrarium tenent: secus tamen dicendum, si cuppæ separatio fiat cum fractione, quia Calix in tali eventu amittit suam figuram, & non est aptus ad usum, ad quem fuerat factus: tum quia sicut altare, si removeatur à tabula consecrata, amittit consecrationem, ita eandem amittit Calix si à pede cuppæ separaretur. Ita Henriq. *lib. 9. cap. 28. num. 2. lit. H*, Barthol. ab Angelo *d. dialog. 5. de Missa*, §. 326. Reginald. *d. lib. 29. num. 20*. Suar. *disput. 81. sect. 7. versic. rursus inquiri potest*, Nugn. *quest. 83. art. 3. dub. 4.* & Coninch. *ibid. dub. 3. n. 248*. Azor. *d. p. 2. lib. 9. c. 7. q. 7.* ubi se remittit ad dicta *part. 1. lib. 10. c. 28. q. 7.* Fagundez *d. c. 21. num. 17.*

- 41 Vasculum, seu pyxis, in qua servatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, debet esse consecrata, præcipuè si postulet loci consuetudo, ut tenent Suar. *disp. 89. sect. 7. ad fin.* Reginald. *d. lib. 29. n. 201.* quamvis contrarium asserant Vasquez *d. cap. 4. n. 36*. Nugn. *quest. 83. art. 3. dub. 4.* Copinch. *ibid. num. 245*. Henriq. *lib. 9. de Missa, cap. 28. §. lit. O*, Fagundez *dict. lib. 3. c. 22. n. 14.*

- 42 Vestes sacrae, ut amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, & casula ab Episcopo benedici debent, ut Doctores communiter concludunt, ita ut simplices Sacerdotes illa benedicere non possint: ita Vgolin. *cap. 32. num. 4.* nec ipsius Episcopi delegatione, ut ibi probat *num. 6.* & ita sibi responsum fuisse in *Sacra Rituum Congregat.* testatur Poslevin. *de officio Curati cap. 2. num. 37.* & me citato *in hoc loco*, Homobon. *de resolut. 4.* & † qualiter benedicantur, invenies in libro Pontificalium, quarum significationem qui scire capit, perpendat Orationes, quæ recitantur in singularum vestium indumento, de qua re vide Pinel. *de Missa sacrificio, cap. 14.* Iacob. de Graffis *in decis. aureis, lib. 2. cap. 41. part. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 6. quest. 11. puncto 3.* Fr. Emman. *in sum tom. 1. c. 249. n. 12.* Suar. *tom. 4. disp. 82. sect. 2. §. 3.* Nugn. *quest. 83. art. 3. dub. ult.* & Coninch. *ibi. n. 250.* Barthol. ab Angelo *d. dialog. 5. §. 258. cum seqq.* Chamerot. *de Eucharist. cap. 8. dub. 20.* Bonac. *de Sacram.*

disp. 8. quest. unica, puncto 5. num. 43. cum seqq. Azor. *d. part. 1. lib. 10. cap. 38. q. 8. cum seqq.* Si cingulum ita frangatur, ut revera pars non sufficiat ad cingendum Sacerdotem, amitteret benedictionem, secus si longior pars adhuc sufficeret ad cingendum. Ita Coninch. *de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 3. num. 25.* Molfes. *in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 12. n. 22.* Diana *moral. resol. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 4.*

Prælati Regulares, Generales, & Provinciales, quin verò Custodes, & Guardiani, sive Priores, & quicumque alii in aliis Religionibus illis correspondentes, bene possunt benedicere omnia Ecclesiastica paramenta, sive ornamenta, ex concessione Leonis X. relata *in compendio Mendic. verb. Benedicere Ecclesiastica* §. 14. ubi dicitur, quod supradictus Leo X. concessit Generalibus, & Provincialibus, ac Custodibus, necnon & Guardianis Fratrum Minorum Observantia pro tempore existentibus, ut omnia, & singula ejusdem Ordinis, & Observantia Ecclesias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria, ubicumque existentia, tam recepta, quam recipienda, ac paramenta, & ornamenta, & alia quæcumque ad divinum cultum, & usum Fratrum necessaria, in quibus Chrisma non intervenit, pro eorundem Fratrum usu tantum solemniter benedictione valeant benedicere, quo privilegio perfruuntur omnes alii Ordines, qui privilegium habent communicationis, ut refert Fr. Ludovic. Miranda *in Manuali Prælatorum. tom. 2. quest. 40. art. 1. concl. 1.* ubi *concl. 2.* resolvit simplices Sacerdotes, præcipuè Ordinis Minorum, & qui non fuerint Prælati, non posse Ecclesiastica ornamenta, & paramenta benedicere, & *art. 2. concl. 1.* asserit certissimum esse, quod Prælati Generales, & Provinciales, & similes Prælati, qui in aliis Religionibus eisdem correspondent, & etiam Guardiani, & Priores Conventuales alique Prælati locales benedicere possunt corporalia ex privilegiis à Summis Pontificibus illis concessis, Specialiter tamen per Gregor. IX. prout refertur *in compendio, verb. Benedicere Ecclesiastica*, §. 1. concessum est, quod Minores Fratres Presbyteri in terris infidelium existentes possunt benedicere non solum vestes Sacerdotales, verum etiam & Altaris pallia, & corporalia, cum necesse eis fuerit, ubi Catholicorum Episcoporum copia non habetur. Advertendum tamen, quod hujusmodi Prælati Regulares Ecclesiastica paramenta, & prædicta ornamenta pro suorum Fratrum usu tantum solemniter benedictione valent benedicere, ut constat ex concessione Leonis X. illis facta, de qua supra, ex qua colligitur, minime hoc sibi concedi pro aliis. Tamburin. *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 22. q. 2. num. 2.* ubi intelligit seclusa consuetudine, Barthol. Gavant. *in comment. ad rub. Missal. tom. 1. p. 4. tit. 19. num. 21.* ubi adducit decretum *S. Congreg. Rituum, 24. August. 1609. §. n. 22.* *in nova edit. subdit eandem S. Congreg. die 18. August. 1629.* prorogasse contrariam consuetudinem. Lezana *in sum. quest. Regul. c. 18. n. 57.* Quicquid dicant Collectores privilegiorum Ordinis D. Hieronymi, & Alphonsus à Vera Cruce, quos refert, & sequitur Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. q. 19. art. 1.* Laurent. de Peirinis *ad constit. Julii II. §. 19. n. 44.*

Verum hujusmodi vestes amittunt, ut sic loquar, benedictionem, & nova indigent, quando ita franguntur, ut non sint aptæ ad usum, ad quem fuerant destinatae, aut non amplius priorem retineant figuram: ex quo verius est, Albam non indigere nova benedictione, si ad eam reficiendam aliqua adjungantur, quorum additione remanet adhuc prior figura, etiam si quæ adduntur, non sint benedicta; accessorium enim sequitur principale: è contra tamen definit esse benedicta, si ex ipsa abscindatur manica, quamvis illi postea eadem manica assuatur; nam per accessio

accessionem manicæ ita perfringitur, ut non sit apta ad usum, ad quem fuerat destinata, nec amplius retinet priorem figuram. Ita Armil. *verb. Benedicere*, n. 1. Angel. *verb. Benedictio*, num. 3. Bartholom. ab Angelo *d. dialog. 5 §. 265* & ob hanc rationem stola facta de planeta benedicta, debet iterum benedici, quia ad ipsam est data particularis benedictio, & est mutata forma, quæ dabat esse rei: ita Fusc. *de visit. lib. 1. c. 23. n. 15*. Ugolin. *d. c. 32 §. 1. n. 6*. ubi etiam resolvit, quod si huiusmodi vestes breviores factæ sint, modò formam non mutant, benedicendas iterum non esse: in fine dicit, quod si uti illis ad Divina non possumus, igne comburendæ erunt, ne ad profanos usus transferantur.

Campanas quoque benedicit, & Chrismate ungit Episcopus, ut scribunt Durand *in rationali divinorum lib. 1. cap. 4*. Durant. *de ritibus Ecclesie lib. 1. c. 22*. Ugolin. *de potest. Episcop. cap. 31 §. 1. num. 2*. Camil. Bortell. *de præstantia Regis Cathol. cap. 78. n. 14*. latè Cæsar Baron *annal. Ecclesie tom. 10. pag. 810*. latissimè Angel. Roccha *in speciali tract. de campanis, c. 5. de campanarum consecrat. ubi etiam tradit formam, & verba consecrationis*, Marc. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 3*. ubi etiam resolvit, Abbates non posse benedicere campanas, quia hæc benedictio videtur esse Ordinis Episcopalis ratione inunctionis Olei facti, & Benedicuntur huiusmodi campanæ, ait Concil. Colonienfe, *tit. de constit. & consuetudinibus, c. 14*. ut vocetur populus ad conveniendum in Templis, & Clerus ad enuntiandas Dei laudes, ut fideles homines invitentur ad preces, & devotionem: cujus institutionis meminit liber Romani Ordinis relatus *in cap. 1. de officio Custodis*; ubi Campanæ appellantur signa, quia in eum finem pulsantur, ut sint signa temporis, quo Clerici ad divinas horas recitandas, & fideles ad interessendum Sacris debent convenire: consonat text. *in cap. solent, de consecr. dist. 1. & in cap. 2. de officio Custodis*, cum aliis adductis per Steph. Costa *in cap. alma, §. adjicimus, num. 10. de sentent. excommunic. lib. 6. §. 1*. Ait deinde Colonienfe Concilium, institutas esse, ut timeant Dæmones, eoque sonitu terri ti discedant, & ut repellantur procul hostiles exercitus & ut fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum, infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & æeræ tempestates prosterantur, ut asserit Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 14. num. 7*. & latissimè post alios noviores Martin. Delrius *disquisit. magic. lib. 6. cap. 3. quest. 33. ad fin. lit. F*, Binsfeld. *in confess. malefic. post concl. fin. dub. 6*. Thom. Boss. *de signis Ecclesie lib. 2. Emman. de Cerda in lib. dos pos de Man. p. 1. c. 6. fol. 155*. novissimè Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib. 12. cap. 27. n. 97*. Advertit tamen Seraphin. *decis. 223*. quod licet Campanæ sint benedictæ, non prohibentur retineri, & uti pro serviciis etiam prophanis, dummodò non impediatur cultus divinus. Verùm *Sacra Congregat. negotiis Episc. & Regul. præposita de anno 1581*. censuit Campanas consecratas, etiam in turri profana existentes, nullatenus usui profano infervire debere, etiam si in hunc usum à secularibus fabricæ prætenderentur. Et quod potest Episcopus prohibere ne Campanæ pulsentur, si non sint benedictæ, censuit *S. Congregat. Rit. in Aprutina, 5. Julii 1614*.

Hinc colligitur, Campanas non baptizari Baptismo, quo peccata remittuntur, ut nobis obijciunt Calvinistæ, sed benedici optimis quidem rationibus, quas altè prosequuntur Martin. Delrius *ubi proximè*, Durant. *d. c. 22. n. 6*. Torreblanca *d. lib. 12. c. 27. n. 98*. Deinde non desunt, qui effectus prædictos campanarum tribuant naturali virtuti tonitus illarum, quasi Jeo attenuetur æer, & dissipentur turbinum, & tempesta-

tum impetus, ac procellarum spiritus, ut voluit Petri Mell. *in sua sylva, lib. 2. c. 20*. Quod gratis dictum judico: nam prædicti effectus tribuuntur benedictioni, seu consecrationi, sic divino jussu, seu beneficio operante, ut de aqua benedicta diximus infra *alleg. 28. n. 58. cum seqq.* si tamen hæc irrident hæretici, irrideant, ait Durant. *d. cap. 22. n. 4*. & Deum ipsum, qui *Numer. 10. ait: Plangetis, ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.*

Cùm prædictæ campanæ ex principali ipsarum institutione institutæ dicantur, ut vocetur populus ad conveniendum in Templis, & Clerus ad annuncian- das Dei laudes, ex cessante ratione meritò constitu- tum est, ne tempore interdicti illæ pulsentur, ut pro- bat text. *cap. alma §. adjicimus, de sentent. excommuni. & bene tradit Stephan. Costa ibi, num. 12. & Covar. p. 2. §. 4. num. 5. vers. 13. & post eum, & Navar. Ugolin. & Henriq. prosequitur latissimè Sayr. de censur. lib. 5. c. 9. à princip. Quibus adde quæ breviter resolvit Avila eod. tract. p. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 8. & latius Suar. eod. tr. disp. 34. sect. 1. n. 15. cum seqq. Fusc. *d. c. 14. n. 12*. Angel. Rocca. *d. tract. de campan. c. 25*. cum quibus prosequere ad omnia; quæ in hac materia occurrere possunt, & ultra omnes latissimè Mar. Alter. *de cen- sur. tom. 2. disp. 5. c. 2. vers. tertia conditio*, Bortell. *d. c. 78. num. 13. & 15. cum seqq.**

Episcopus benedicit Abbates, Abbatissas, & Moniales, & dat illis velum consecrationis, ut probant text. *in c. devotis, c. 20. quest. 1. c. 1. de suppl. neglig. Pralat. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. quest. 8. num. 1*. Hieron. Roder. *in compend. qq. Regul. resol. 32. n. 2*. Benedict. Bommathæus *de modo consecrandi Virgines, c. 4. n. 1. me citato in hoc loco*, Tambur. *de jure Abbatiss. disp. 27. q. 5*. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 20. q. 6*. novissimè Marcel Vulpe *in praxi judiciali fori Ecclesie, c. 4. n. 7*. Ugolin. *de potest. Episcopi c. 31. §. 2. n. 1*. ubi etiam cum Navar. *conf. 1. de Sacram. non iterand.* concludit hanc benedictionem iterari non posse, quod etiam tenent Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 4*. Tambur. *d. disp. 27. q. 8*. Fr. Ludovic. Miranda *loco infra citando, q. 7. art. 7. concl. 2. in fine*, nihilque pro hac benedictione recipere debet, alioquin simoniam committeret, *c. sicut certa, de simonia, refert me citato in hoc loco*, Marcel. Vulpe *d. c. 4. n. 7*.

Ex benedictione Episcopi consequitur Abbas, ut possit conferre minores Ordines, *c. quoniam, 69. dist. c. cum contingat, de atate, & qualit. Clement. attendentes, juncta Gloss. verb. Benedici, de statu Monachor.* Angel. *verb. Abbas, n. 4*. † Debet autem benedictio huiusmodi dari illis diebus, quibus minores Ordines conferri possunt, *Gloss. in d. Clem. attendentes, verb. Benedici, & sic Dominico die, & intra Missarum solemnia, ut de Virginum benedictione agentes resolvunt Salzed. ad Bernard. c. 26. vers. virginum, Piscara in praxi cærem lib. 2. c. 7. n. 1*. Tambur. *de jure Abbatissar. disp. 27. q. 6. vers. Piscara*. Quæ quidem benedictio sine aliquo examine danda est, *Innoc. in d. c. 1. de suppl. neglig. Pralat. nisi quod fidei professionem emittente benedicendus obligatur, cæremonia videndæ in Pontificali. † Si Episcopus tertio requisitus benedicere sine causa renuerit, posset ipse Abbas, non expectata benedictione, officium administrare, & Ordines conferre; sed hoc in odium temeritatis Episcopi sine causa denegantis benedictionem Papa concedit Abbatibus, non quod benedictio prædictum effectum non operetur, *dist. c. 1. de suppl. neglig. Pralat.* Et est Ordinis Episcopalis, & non potest delegari non habenti illum Ordinem, ut firmat Sbroz. *dist. qu. 8. num. 2*. hinc asserens Vicarium, qui non est Episcopus, huiusmodi benedictionem elargiri non posse.*

- 56 Non tamen poterit Episcopus intrare claustra Monialium pro consecratione, seu benedictione sororum, nec pro ipsarum confirmatione, juxta Concilii Trident. decretum sess. 25. de Regularib. cap. 5. vers. *ingredi autem*, ubi strictè præcipitur, ut nullus Monialium Monasteria ingrediat, nisi in casibus necessitatis: & hic de quo agitur, necessarius non est, cum possit Episcopus consecrare, benedicere, aut etiam confirmare Moniales, servata, & non violata ipsarum clausura, consecrando, benedicendo, vel confirmando ipsas per fenestram deputatam ad imponendum eisdem velum. Fr. Ludovic. Miranda in
- 57 *man. Pralat. post tom. 2. tract. de sacris Monialib. q. 2. art. 14* Et licet secundum Canones non possint consecrari Virginales Moniales, nisi attigerint vigesimum quintum annum, ut in *c. placuit, & c. Virgines, 20. q. 1.* Nihilominus de universalis consuetudine possunt consecrari ante vigesimum quintum annum. Ita Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. ultim. casu 14. Censuit tamen *Sacra Congregat. Moniales Virgines, quas solas consecrari fas est, ante vigesimum quintum annum completum non esse consecrandas, ut refert Armen- dar. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 1. tit. 20. l. 1. de atatib. n. 2.* Consuetudo verò benedicendi Virgines non amplius est in usu, & eam servandam esse, si alicubi adhuc vigeret, respondit *Sacra Congregat. Episcoporum & Regularium causis præposita, Patriarcha Venet. 5. Decembris 1597. Piafec. in praxi nova Episc. p. 1. n. 3. vers. Virgines.*
- 58 Similiter & Abbatissæ benedicuntur, d. Clem. attendentes, minores annis quadraginta, & quæ per octo antè professæ non fuerint, eligi, & benedici in Abbatissas prohibentur. Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 7. de cujus materia Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 15. art. 3. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbatissa, §. 1. pag. 26. Azor. d. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 166. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. t. 1. à num. 45. Armen. dar. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 1. tit. 20. l. 1. de atatib. n. 19. Circa quam ætatem non posse Episcopum dispensare, refert decisum Armen. dar. ad d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 102. & in terminis resolvit Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 4. num. 71. ubi etiam asserit, prædictos quadraginta annos debere esse completos. † Abbatissa temporalis (illa scilicet, quæ non nisi ad triennium eligitur, ex ordinatione Gregor. XIII. de anno 1583. die 1. Janu.) non est jure benedicenda, nisi Sancta Sedes Apostolica aliud statuatur expressè, vel servet contrarium, Navar. conf. 4. de Regul. in Antiq. & conf. 1. de statu Monach. in novis, Quaranta in summa Bullarii, verb. Abbatissa, in fine, Piafec. dict. cap. 2. num. 3. Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralator. in fine, tom. 2. tract. 2. de sacris Monialib. quest. 7. art. 7. concl. unio.
- 61 Quæri opportunè potest, an Episcopus non contritus consecrans Ecclesias, Calices, Virgines, conficiens Chrisma, benedicens vestes, & similia, peccet mortaliter? In qua quæstione Medina in Cod. de pœnitent. tract. 1. q. 6. dicit peccare mortaliter Episcopum, qui conficit Chrisma, benedicit oleum, aut consecrat Ecclesiam in peccato mortali; quia istæ actiones videntur graves, & duæ priores videntur quodammodo Sacramentales, quatenus per eas sacrat materia Sacramenti. Verùm cessante scandalo contrariam opinionem, ut verior, & æquior, teneo cum Suar. in 3. part. D. Thom. quest. 64. art. 10. disp. 16. sect. 3. quem refert Marc. Anton. Genuens. in man. Pastorum, cap. 63. num. 2. ubi
- 62 num. 3. resolvit † Episcopum excommunicatum, suspensum, vel interdictum, consecrantem Ecclesias, & Altaria, & benedicentem mappas, ac vestes

esse irregularem, me citato in hoc loco, Homobon. d. resol. 4.

Episcopus etiam benedictionem solemnem dare potest, ut notat Gloss. verb. Solemne, in cap. Abbates, de privileg. lib. 6. Durand. in ration. divin. lib. 4. c. 59. n. 7. Ugolin. d. cap. 31. §. 2. num. 1. dummodo faciat in sua Diocesi; in aliena enim Pontificalia exercere non potest, ut supra latè diximus: quia benedicere populo competit Episcopo, ratione dignitatis & jurisdictionis, cap. ministrare, 26. quest. 6. cap. convenit, de consecr. dist. 5. Stephan. Gratian. Marchia decis. 29. n. 8. Hæc benedictio solemnis ab Episcopo datur in fine divinorum Officiorum, his verbis: *Sit nomen Domini benedictum*, ut habetur in Pontificali, & etiam simplex benedictio ab eo dari potest suis populis in itineribus, eundo per suam Diocesim, Ugolin. dict. loco, num. 2.

Verùm alii tenent, posse Episcopum celebrantem privatè in Diocesi aliena (prout posse sine licentia Ordinarii tenent Zerol. p. 1. verb. Episcopus, num. 25. Alzed. d. c. 13. n. 10. & 88.) uti benedictione Episcopali, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*, cum illa sit potius Ordinis, quàm jurisdictionis: tum quia si conceditur Episcopo celebrare in Ecclesia aliena à jure, absque licentia Ordinarii, ita concedi etiam debet benedictio Episcopalis, tanquam accessorium, & consequens ad illam celebrationem, per cap. cui licet, & ibi Gloss. de regul. juris in 6. Ita resolvunt Piafec. in praxi nov. Episc. p. 1. cap. 2. n. 3. vers. benedicit, Zerol. in simili praxi, p. 1. verb. Episcopus, num. 35. Fr. Emman. in sum. tom. 4. c. 67. n. 2. Alzed. me citato in hoc loco, d. p. 1. c. 1. n. 11. & n. 89. & fuisse conclusum Neapoli in quoddam Collegio habito circa hoc coram aliquibus RR. Prælatis, asserit Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 203. n. 5.

Unde nullam pœnam censeo incurrere Episcopum qui transiens per alienam Diocesim, rogatus à personis devotis illas benedicit sine solennitate, absque animo exercendi jurisdictionem, ut post Ancharan. & Suar. attestatur Marc. Anton. Genuens. in manuali Pastorum, cap. 63. num. 4. Quamvis consulerem ne Episcopus extra Diocesim benedictionem simplicem itinerando det, quia ita fieri debere tenent Steph. Gratian. discept. forens. cap. 467. num. 58. tom. 3. Ugolin. de officio Episcopi, part. 2. cap. 32 §. 2. num. 1. Hieronym. Venero in examine Episcop. lib. 4. c. 17. num. 19. quos refert, & sequitur Alzed. d. part. 1. c. 13. num. 91.

Presbyter autem, nec quidem simplicem benedictionem Episcopo præsentem sine ipsius consensu dare potest, c. cum ad celebrandas, juncta Gloss. de consecrat. dist. 1. Gloss. verb. Solemnitatem, in d. c. Abbates, de privileg. lib. 6.

Abbas habens jurisdictionem quasi Episcopalem potest solemnem benedictionem populo impertiri in Ecclesiis ad ipsum pleno jure pertinentibus, post Missarum Sacrificia perfecta & absoluta, post Vespertinas preces, aut Matutinas decantatas, non autem alibi publicè, aut per vias, aut Civitates, aut Villas, nisi ex privilegio speciali hanc potestatem sit consequutus. Ita probatur in c. Abbates, de privil. in 6. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. q. 18. art. 1. Azor. d. lib. 12. cap. 20. q. 7. Piafec. in praxi nov. Episc. d. c. 2. in fine.

Præsentem Legato de latere non potest Episcopus in sua Diocesi benedicere populum, & deferre vestes, scilicet Mozettam significantem jurisdictionem illius ordinariam; quia in præsentia majoris deponetur potestas reverentialis minoris, licet contentiosa non amittatur, latè Stephan. Gratian. decis. 29. à num. 1. ubi num. 4. quod deferre caudam non denotat superioritatem: & num. 7. quod Episcopi assistentibus

tibus Cardinalibus non portant Rochetum, saltem discoopertum, & num. 14. quod sufficit presentia in loco.

ALLEGATIO XXVIII.

Episcopus pollutas Ecclesias quando reconciliare debeat?

SUMMARIUM.

- Doctores referuntur agentes de casibus in quibus Ecclesia polluitur.
- 1 Homicidium voluntarium, & iniuriosum intra Ecclesiam patratum eam polluit.
 - 2 Involuntarium homicidium contingens prater opinionem, & casu fortuito, non polluit Ecclesiam.
 - 3 Errore captus non consentit ex defectu voluntatis, nec poenam meretur.
 - 4 Ebrius si homicidium patrauerit intra Ecclesiam, quia non multum distat a furioso, illam non polluit.
 - 5 Si quis sciens se ebrietatis tempore, & vini furore captus, solitum esse hominem occidere, si occidat, non erit immunis a poena.
 - 6 Ebrius occidendo tunc Ecclesiam non polluit, quando verè ebrius est, & ebrietatis furore extra se positus.
 - 7 Ebrietas nunquam presumitur, nisi probetur per indicia, & conjecturas apparentes.
 - 8 Doctores citantur agentes de ebrietate, & quibus poenis ebrii sint plectendi.
 - 9 Ebrietas damnabile, & grave vitium.
 - 10 Solitus inebriari sacris Ordinibus insigniri non potest.
 - 11 Clericis ne ad potus aequales bibant, prohibetur.
 - 12 Dormiens inter somnando si intra Ecclesiam aliquem occidat, quia furioso equiparatur, Ecclesiam non polluit, & a poena homicidii excusatur.
 - 13 L. si servus §. fornarius, ff. ad l. Aquiliam, declaratur.
 - 14 Ecclesia an polluta censerit debeat per homicidium casuale volitum in sua causa, quia aliquis dabat operam rei illicitae, disputatur.
 - 15 Ecclesia non polluitur ex homicidio secuto ex defensione proximi, servato moderamine inculpatae tutelae.
 - 16 Homicidium ad defensionem commissum servato in eo moderamine inculpatae tutelae, inculpabile est.
 - 17 Moderamen inculpatae tutelae versatur circa modum, tempus, & causam.
 - 18 Occidens non servato moderamine inculpatae tutelae extraordinaria poena propter excessum, iudicis arbitrio punitur.
 - 19 Ecclesia in rei veritate non foedatur, nec polluitur.
 - 20 Ecclesia quare polluta dicatur.
 - 21 Ecclesia nomine in hoc proposito intelligitur illa, qua consecrata est, vel specialiter benedicta.
 - 22 Oratoria, qua domi habentur, nomine Ecclesiae non veniunt.
 - 23 Ecclesia non polluitur ex vulnere lethali extra illam accepto, quamvis intra illam mors contingat; se cus è contrario.
 - 24 Ecclesia non polluitur ex eo, quod intra illam vulnus instigatur si sanguis extra effundatur propter recessum repentinum.
 - 25 Iudex reum suspendens intra Ecclesiam, eam polluit.
 - 26 Occidens ex Ecclesia hominem extra illam existentem, eam non polluit, secus è converso.
 - 27 Immunitate Ecclesiastica non gaudet, qui existens

Barbof. de Episcop. Pars I l. i.

- in loco sacro, alium extra illum existentem percussit.
- 28 Ratio differentia assignatur.
 - 29 Ex Martyrio alicujus Sancti in Ecclesia commisso, illa polluitur, quatenus iniustum consideratur, & iniuriosum ipsum homicidium ex parte occidentis.
 - 30 Ecclesia polluitur propter voluntariam, & iniuriosam sanguinis effusionem intra eandem contingentem.
 - 31 Sanguis huiusmodi debet esse hominis vivi.
 - 32 Sanguis si effundatur e cadavere coram occisore, contra quem alia adsunt indicia, praesumptio est vehemens.
 - 33 Mirabile quoddam narratur cujusdam cadaveris occisorem ostendentis.
 - 34 Sanguinis effusio, propter quam Ecclesia polluitur, non debet esse modica, sed copiosa.
 - 35 Statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur.
 - 36 Ex percussione levi, licet sanguis copiose effundatur, Ecclesia non polluitur.
 - 37 Sanguinis effusio propter quam Ecclesia polluitur, debet esse publica.
 - 38 Occultum, & publicum multis modis dicitur.
 - 39 Occultum in presenti materia, quod dicatur?
 - 40 Publicitas pollutionis Ecclesiam non polluit, sed potius pollutam ostendit.
 - 41 Sacerdos sciens ex Sacramentali Confessione Ecclesiam pollutam, in ea celebrare potest.
 - 42 Ecclesia polluitur propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem, sive sit hominis, sive mulieris, haeretici, aut infidelis, sive etiam per molliitiam, aut Sodomiam.
 - 43 Effusio seminis in somnis non sufficit, ut Ecclesia polluatur.
 - 44 Effusio seminis Ecclesiam polluit, si intra eandem contingat, licet non cadat in ipsa Ecclesia materiali.
 - 45 Ecclesia non polluitur, si sanguinis, aut seminis effusio accidat supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua caverna, vel in aliqua camera, aut cella, vel in Choro, Sacristia, aut turri cymbalorum.
 - 46 Coitus conjugalis an Ecclesiam polluat, affirmativè respondetur.
 - 47 Contraria opinio receptior.
 - 48 Viraque distinctionis foedere componitur.
 - 49 Seminis effusio requiritur, ut contingat in sufficienti quantitate.
 - 50 Ecclesia an per occultam, & peccaminosam seminis effusionem a parte rei polluatur, ostenditur.
 - 51 Ecclesia non polluitur, quando actus luxuriosus sit si tamen actualis effusio extra illam contingat.
 - 52 Ecclesia polluitur, si intra illam sepultus fuerit fidelis excommunicatus nominatim denunciatus, aut notorius Clerici perussor.
 - 53 Procedit etiam quando infidelis, vel haereticus sepelitur, vel eorum infantes.
 - 54 Celebrans in Ecclesia violata, nisi urgente necessitate id faciat de licentia Episcopi, mortaliter peccat; irregularis tamen, aut suspensus non fit.
 - 55 Ecclesia consecrata reconciliari non potest; nisi per proprium Episcopum, seu alium de ipsius licentia.
 - 56 Licentia reconciliandi Ecclesias consecratas non potest ab Episcopo delegari simplici Sacerdoti, etiamsi in contrarium sit consuetudo.
 - 57 Ecclesia non consecrata, sed tantum benedicta reconciliari potest per quemcumque simplicem Sacerdotem per solam aqua benedicta aspersionem. Aqua benedicta quam vim, & effectum habeat, quam antiqua sit ejus institutio in Ecclesia con-

tra mala spiritualia, demonesque, ostenditur, & num. 59.

- 60 Aqua benedicta remittit peccata venialia, liberat à morbis, & confert sanitatem corporalem.
- 61 Reconciliatio ubi haberi non potest per Episcopum, quia longè abest, & venire non potest, an idem Episcopus ex justa causa concedere possit, ut in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebretur?
- 62 Quid tamen in hoc securius sit servandum, ostenditur.
- 63 Sacerdos si contingat post inceptam Missam Ecclesiam violari, debet Missam proseguere, si cœptam habeat consecrationem, aliàs secus.
- 64 Prelati Regulares benè possunt conciliare Ecclesias quacumque ex causa violatas, & pollutas aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet ultra duas diatas.
- 65 Diata qualibet continet viginti milliaria.

RECONCILIATIO, quæ est diversa à consecratione, de qua alleg. præcedenti actum fuit, adhibetur per Episcopum in casibus pollutionis Ecclesiæ, de quibus ultra Gloss. & Doctores in c. proposuisti, de consecrat. Ecclesia, & in c. unic. eodem tit. lib. 6. tractant D. Thom. 3. part. quest. 83. art. 3. ubi communiter Theologi, præsertim Suar. disput. 81. sect. 4. disputant iidem Theologi in 4. distinct. 13. ubi Sot. quest. 2. art. 3. & cæteri sequaces, Sylvest. verb. Consecratio, q. 5. Armilla eodem verbo, num. 4. cum seqq. Navarr. in manual. cap. 27. num. 25. Iacob. de Grass. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 48. num. 21. cum seqq. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 123. Henriq. in sum. lib. 9. de Missa, cap. 27. §. 6. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 8. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 5. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 16. Avila eodem tract. part. 5. dub. 7. Cened. p. 3. collect. 11. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quest. 39. art. 5. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 29. Gambarupt. de casibus reservat. cap. 15. casu 5. fol. 201. cum seqq. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 4. de interdicto c. 1. cum seq. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, p. 1. lib. 3. c. 14.

2 Prima causa, propter quam Ecclesia polluitur, & reconciliatione indiget, est quoties homicidium voluntarium, & injuriosum intra ipsam Ecclesiam ab aliquo patrat, prout habetur in d. c. proposuisti, & in cap. si morum, de consecrat. distinct. 1. Fagundez d. c. 14. num. 8. Vel quoties sanguinis effusione frædatur, ut probant text. in cap. Ecclesiis, de consecr. dist. 1. & in cap. tuarum, de privileg. & in cap. 1. de consecrat. Ecclesiar. tenent. Henriquez dict. c. 27. §. 3. Tolet. dict. c. 8. à num. 12. Sayr. in clavi Regia, lib. 3. c. 7. n. 8. Ugolin. dict. c. 29. §. 1. Mar. Alter. d. c. 1. vers. sex autem modis. Miranda dict. art. 5. conclus. 1. vers. 1. novissime Castro Palao in opere morali, tract. 1. 1. disp. 1. puncto 1. num. 1.

Dixi, voluntarium, quia aliàs si involuntarium sit homicidium, vel involuntaria effusio, nempe casu contingens, veluti si cadente lapide, vel alio casu fortuito alicui existenti intra Ecclesiam mors contingat, vel ab aliquo, qui non sit compos mentis, quis existens intra Ecclesiam interficiatur, minimè per hoc Ecclesia polluta dicenda erit, cum illi nulla injuria inferatur: & ita resolvunt Navar. & Henriq. dictis locis, Gambarupta d. casu 6. num. 9. Mar. Alter. ubi proximè, Ugolin. d. c. 29. §. 1. vers. locum non habet, Sayr. de censur. lib. 5. cap. 16. num. 4. Farinac. in praxi crimin. tit. de homicidio, q. 125. n. 22. † Nam qui furore capus & tempore ejusdem malum gerit, palam est non consentire ex defectu voluntatis, & inde est, quod nullam pœnam meretur, l. illud, ff. de injuriis, c. illum 15. q. 1. l. sed etsi, §. 2. ff. ad l. Aquiliam, l. penult. §. ult. ff.

ad legem Pomp. de parricidiis, cum aliis citatis per Menoch. de arbitr. casu 325. Petr. Cabal. in tract. de omni genere homicidii, n. 79. cum seqq. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 38.

Ex eadem ratione id ipsum dicendum videtur in homicidio patrato intra Ecclesiam ab illo, qui tunc temporis ebrius erat; nam ebrius non multum distat à furioso, ubi enim ebrietas, ibi & furor est, cap. venter, 35. dist. Cui resolutioni non obstant varia Jura pœnam irrogantia patrantibus delictum ebrietatis tempore, ut habetur in l. respiciendum, §. delinquant, vers. impetum, ff. de pœnis, & in cap. inebriaverunt, 11. quest. 1. & in cap. a crapula, de vita, & honest. Clericor. procedunt enim prædicta Jura, non quia tempore ebrietatis commissum delictum voluntarium dici possit, nec ob culpam ex ipso delicto provenientem, sed potius ob delictum ebrietatis, ex quo malum fuit secutum, præsertim † si quem inebriari contingat scientem se ebrietatis tempore, & vini furore captum solitum esse hominem occidere: quo casu non erit immunis à culpa, & pœna homicidii, vel alterius mali tempore ebrietatis patrati, saltem extraordinariè, ut per Covar. in Clement. si furiosus, part. 3. in initio, num. 31. Gomez tom. 3. de delictis, c. 1. n. 73. Tiraquel. de pœnis temperandis, caus. 6. num. 9. cum seqq.

Procedit insuper, & declaranda est hujusmodi resolutione, ut habeat locum in illo tantum, qui verè ebrius est, & ebrietatis furore extra se positus; secus verò in alio, qui vel non ita sit ebrius, vel talem se fingat ad homicidium, vel aliud malum patrandum; tunc enim homicidium erit propriè voluntarium dicendum, & ex consequenti per illud intra Ecclesiam commissum, eadem Ecclesia polluta dicenda erit, ex traditis per Bald. in repetit. l. prima, col. penult. vers. extra quaritur, C. unde vi, & l. data opera, C. qui accusare non possunt, & Rip. in l. ultim. num. 79. C. de revocandis donationibus, & Menoch. de arbitr. casu 326. n. 7. † Qui omnes concludunt, modicum ebrietatem non excusare, nec minuere delictum, & idè prudentis judicis arbitrio hoc erit examinandum, eo considerato, quod ebrietas, cum sit delictum, & magnum arguat defectum, nunquam præsumitur, nisi probeatur per indicia, & conjecturas apparentes, argum. text. in l. merito, ff. pro socio, & in reg. estote, de regulis Juris, in antiquis junctis traditis per Masc. de probat. concl. 578.

De ebrietate, & quibus pœnis ebrii sint plectendi, & omnia in materia desiderata, vide apud Doctores per text. ibi in l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re militari, Gregor. Lopez l. 5. verb. Embriagarse, tit. 8. part. 7. Gomez dict. cap. 1. n. 73. Menoch. d. cas. 326. & cas. 377. à num. 3. Perez tit. 8. in rub. lib. 8. ordinament. pag. 203. cum seqq. & l. 1. in fine, in addit. illo tit. & lib. pag. 208. Azeved. lib. 1. num. 32. tit. 13. lib. 4. nova recopilat. Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 13. num. 79. pag. 495. & Kirch. tit. 30. num. 110. pag. 547. Salzed. ad Bernard. in practico. c. 77. verb. Ebrii, Paulus Comit. respons. moral. lib. 5. quest. 5. & 6. Pined. in vita Divi Ioan. Baptista, lib. 3. art. 2. cap. 1. pag. 142. Molin. dict. tract. 3. disp. 38. à num. 5. Petr. Cabal. d. tract. 3. num. 187. novissime Novar. in praxi elect. & variar. fori, sect. 2. q. 41. in ult. edit. † Ebrietas damnabile, & grave vitium, ex quo multa mala gignuntur; aufert enim memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, balbutit linguam, corrumpit sanguinem, membra debilitat, exhaurit substantiam, enervat corpus, secreta pandit, libidinem provocat, & rixas excitat, prout referunt Menoch. d. arbitr. casu 404. à n. 1. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 36. art. 1. Farinac. fragment. crimin. part. 7. lit. C. num. 353. Less. de Iustitia lib. 4. dub. 3. num. 13. cum

11 cum seqq. Aldred. de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 15. à num. 39. Hinc † Iolitus inebriari sacris Ordinibus insigniri non potest, ut resolvit Farinac. d. lit. C, n. 252. ubi allegat Rebuff. in praxi beneficii, p. 2. tit. de Clericis ad sacros Ordines malè promotis, glos. 4. n. 8. Salzed. d. c. 77. lit. A, vers. unde consuetudo, Cened. ad Decretum, collect. 3. n. 4. Imò † ipsis Clericis prohibetur, ne ad potus æquales bibant, quod Galli vocant, brinder, ut probat text. sic intelligendus, in d. c. à crapula, & tenent Rebuff. ad l. 43. de verb. signific. pag. 234. Lessius d. c. 3. dub. 4. num. 31. cum seqq. Camil. Borr. l. in sum. omnium decis. tit. 11. num. 31. tom. 1.

12 Similiter ex eadem ratione prædicta resolutio, quatenus habet ex homicidio voluntario intra Ecclesiam patrato, ipsam pollui, limitatur ut non procedat in homicidio patrato intra Ecclesiam ab aliquo dormiente inter somnandum, quia similiter involuntarium dicendum est, & tanquam à furioso commissum, cui æquiparatur dormiens, l. 1. §. adipiscimur, ff. de acquirenda possessione, Clement. si furiosus, de homicidio, cap. merito, & cap. sanè, 15. quest. 1. cap. maiores, §. sed adhuc, & §. item quaritur, de Baptismo, idèd excusatur à pœna homicidii, ut per Romanum, Alexandrum, Aretin. & Jason in dict. §. adipiscimur, observant Covar. in dict. Clement. si furiosus, part. 3. in initio, num. 6. Gomez d. cap. 1. n. 74. Tiraq. de pœnis temperandis, caus. 5. Menoch. de arbitrar. cas. 3. 17.

14 Molin. dict. tract. 3. disp. 38. à num. 10. † Nec obstat huic resolutioni text. in l. si servus, §. si fornarius ff. ad l. Aquiliam, ubi si servus coloni propè fornacem, vel locum, ubi erat ignis, obdormisset, & domus, vel res combusta sit, tenetur ad damnum, quia videtur esse in culpa: ibi enim non punitur delictum incendii, quasi commissum fuerit à dormiente, quo tempore erat dormiens, sed potius à vigilante: & ita ratione culpæ præcedentis, & negligentia, quam commisit antequam dormiret, dum ignem relinquit accensum, quo domus combusta fuit, & damnum sequutum est, argumento regulæ, qui causam damni dat, de qua in cap. ult. de injuriis.

15 Ex quibus inferri potest resolutio cujusdam dubii, an scilicet per homicidium casuale, attamen volitum in sua causa, quia aliquis dabat operam rei illicitæ, ex quo idèd irregularitas incurritur, censetur Ecclesia polluta? Veluti si Clericus, aut Monachus intra Ecclesiam pietatis causâ tumorem ferro aperuit, ex quo fuit mors sequuta, probat in terminis c. tua nos, in princ. de homicid. vel si Magister correctionis causâ intra Ecclesiam discipulum percusserit, & in eo modum excedat, ex quo mors sequatur, ut in terminis cap. Presbyteram; eodem tit. de homicid. juncta l. præceptoris ff. ad l. Aquiliam, & l. sed & si §. vult ff. eodem tit. Et sanè videatur dicendum, quod per tale homicidium polluta Ecclesia sit censenda, & per consequens reconcilianda, cum non sit merè casuale, nec inculpabile, sed potius volitum, si non in se, saltem in causa, ut per D. Thom. 2. 2. quest. 64. art. 8. Constat hoc etiam à similitudine rationis; nam quod per tale homicidium quis efficiatur irregularis, ut habetur in prædictis, & aliis iuribus, hoc importat, ut talis Clericus ex tali homicidio pollutus censetur, & per consequens minimè aptus ad Missæ Sacrificium, & cætera divina ministeria peragenda: sicut ergo Clericus, qui spirituale templum dicitur, homicidium committens in prædicta specie pollutus dicitur, sic etiam Templum materiale, in quo idem patratur homicidium, pollutum dici debet ne similiter in ipso ante reconciliationem Missæ celebretur, & cætera Divina peragantur; nam homo templum est spirituale, & per consequens quandoque pollui dicitur, ad quod est text. optimus in cap. in eo

32. quest. 4. cap. non solum, 32. quest. 7. Ex quibus omnibus benè constat prædicta resolutio, nempe per homicidium casuale patratum intra Ecclesiam, attamen ex illicito opere secutum, pollutam eandem Ecclesiam esse censendam: id quod videtur esse de mente Navar. d. c. 27. num. 251. quatenus idem affirmat dicendum homicidio secuto ex ludo illicito habito intra Ecclesiam.

16 Ex dictis etiam benè infertur, minimè pollutam esse censendam Ecclesiam ex homicidio intra eandem contingente, secuto tamen ex defensione proximi, dum scilicet quis se defendendo, servato, ut aiunt, moderamine inculpatae tutelæ, alium occidit, de quo est gloss. communiter recepta in cap. unico de consecrat. Ecclesia lib. 6. quod triplici ratione confirmatur. Prima, quia tale homicidium non dicitur voluntarium; qui enim se defendit cum prædicto moderamine, non intendit prius, & principaliter occasionem proximi invaloris, sed potius suam naturalem defensionem, unde homicidium per accidens contingit, & tanquam medium necessarium, & ordinatum ad ipsam defensionem. Secunda, quia tale homicidium injuriosum dici nequit; qui enim se defendendo, servato prædicto moderamine, alium occidit, utitur jure suo, argumento text. in l. ut vim vi, ff. de justitia, & jure, ubi Bart. Paul. & cæteri scribentes, D. Thom. 2. 2. quest. 64. art. 7. Scot. lib. 5. de justitia, quest. 1. art. 8. habetur etiam in cap. significasti, lib. 2. de homicidio, & in cap. dilecti, de sentent. excom. & in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauperiem fec. die. & idèd dicendus est taliter se defendens, quod nemini facit injuriam, argum. text. in l. Proculus, ff. de damno infecto, & in cap. cùm Ecclesia, 31. de elect. & in aliis citatis à Mascard. de probationib. concl. 1051. n. 31. Surd. conf. 374. n. 17. Flamin. de resignat. tom. 2. lib. 13. q. 1. n. 165. Tertia, & ultima ratio est, quæ deducitur ex similitudine proximè adducta; nam sicut Sacerdos, qui templum spirituale dicitur, minimè polluitur ex tali homicidio quia non efficitur irregularis, prout habetur in dict. Clement. si furiosus; sic similiter Ecclesia, & ita materiale templum, non debet ex eodem homicidio polluta censeri; sicut enim irregularitas ex homicidio contracta (excepta illa quæ ratione indecentiæ incurritur, de qua in c. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi, cum similibus) necessariò peccaminosum homicidium supponit, per quod homo, & ita spirituale templum polluitur, sic etiâ, & à fortiori, hoc ipsum quoad pollutionem templi materialis requiritur; nam reconciliatio ejusdem necessariò peccatum supponit, juxta illud Prophetæ, polluerunt templum sanctum tuum, cujus peccati reliquias, & inimici fantasias Ecclesiasticus minister per aque benedictæ aspersionem, exorcismos & deprecationes conatur exterminare, de quo habetur in d. cap. proposuisti, & in cap. pen. & ult. de consecrat. Ecclesia, & in d. cap. si motum, & in cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1.

17 Diximus, servato moderamine, &c. quia tunc demum homicidium ad defensionem commissum impunitum est, quando scilicet fuerit in eo servatum moderamen inculpatae tutelæ, aliàs secus, Clar. in §. homicidium, n. 27. vers. scias tamen, Masc. de probat. concl. 1126. n. 29. Jacob. Alter. de homicidio necessario, part. 1. num. 382. cum seqq. † Circa modum, tempus & causam consistit inculpatae tutelæ moderamen, Kirchof. tom. 1. commun. opinion. lib. 9. tit. 10. num. 14. vers. sed primò, Sayr. de censur. lib. 6. cap. 17. à num. 7. Farin. in praxi crimin. part. 5. quest. 125. n. 349. cum seqq. Christoph. de Paz in scholiis ad ll. styli, l. 58. n. 5. Rebell. de obligat. justitia, part. 1. lib. 3. quest. 12. n. 7. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 2. cap. 1. q. 2. Bernardi. Græva, ad pract. Camera Imperialis, lib. 2. concl. 1101.

confid. 1. à n. 9. Petr. Cabal. *de omni genere homicidii*, num. 94. Unde si is, qui se defendit, modum defensionis excedat, jam tunc voluntarium, & injuriosum erit homicidium dicendum, & per consequens propter illud necessariò Ecclesia reconcilianda, ut tenent, & declarant communiter Doctores, quamvis taliter homicida non sit etiam tunc pœna ordinaria puniendus, sed extraordinaria, propter excessum iudicis arbitrio imponenda, ut per Duen. *regul.* 192. *ampliat.* 5. Hipp. *consil.* 137. num. 21. *cum seqq.* & *singul.* 110 incip. *Occidentis aggressorem*, Baiard. *ad Clarum.* §. *homicid.* num. 90. Menoch. *de arbitr. casu.* 277. Mascard. *concl.* 1126. n. 40. Farinac. *d. quest.* 125. n. 394. Unus tamen mihi restat scrupulus, quod etiamsi verum sit, quod homicidium sequutum in defensionem propriam, servato moderamine inculpatæ tutelæ, nec sit culpabile, nec voluntarium, & per consequens propter illud Ecclesia, ubi sit, reconcilianda non sit, tamen hoc procedit ex parte aggressi; si tamen aggressor mortuus percuteret priùs aggressum, libenter tenerem ex hujusmodi percussione, si sufficiens sit, Ecclesiam pollui, cum revera voluntari, & injuriosa sit.

20 Requiritur ex modò dictis, quod homicidium intra Ecclesiam contingat, quia aliàs si extra eandem eveniat, non erit per hoc polluta dicenda. Sed an dicatur polluta Ecclesia ex homicidio, vel sanguinis injuriosa effusione facta in gradibus Ecclesiæ, vel ante januam, vel in janua ipsa, controversum est: non censi pollutam dicit Graffius *diēt. lib.* 2. *cap.* 48. num. 11. Sed Gambartupa *diēt. casu.* 6. num. 5. cum Gemin. *in cap. unic. de consecrat. Eccles.* lib. 6. sic distinguit: aut ista sanguinis effusio facta fuit extra clausuram portæ & non est polluta: aut facta est intra clausuram ostii versus Ecclesiam, & hoc casu est polluta. Illa autem in rei veritate non scœdatur, aut polluitur; cum enim sancta sit, coinquinari non potest, *cap. vestra, de cohabitatione Clericorum*, cum similibus citatis à Gambartupa *diēt. casu.* 6. numero 1. sed tanquam polluta reconciliatur propter scandalum, & ad fidelium exemplum, & terrorem, ut scilicet videntes Ecclesiam, quæ in nullo peccavit, propter alterius culpam lavari, & purificari, reminiscantur quantum de propriis peccatis, eorumque expiatione sit laborandum. Ita Durandus *in rationali Divinorum*, lib. 1. c. 14. num. 10. Verùm

21 Suarez *diēt. sect.* 4. *vers.* 3. *violatur*, existimat rationem, quare Ecclesia polluitur, non consistere in eo, quod prohibeatur in illa fieri percussione illicitam, & sacrilegam; sed potiùs ex eo, quia actio turpis est, & sacrilega, velut in pœnam, & facti detestationem ab Ecclesia statutum esse ut polluta censeatur Ecclesia, & Divina ibi non celebrentur, donec reconcilietur. Verùm, quod deformitas, & specialis ratio malitiæ hoc casu non proveniat ex eo, quod rationes illæ turpes sint, & illicitæ, sed ex eo, quia lex Canonica specialiter constituit, ut certis casibus Ecclesia polluat, voluerunt Selu. *de benef. part.* 1. q. 5. n. 10. Azor. *d. c.* 5. q. 3. *vers.* si *rogas*, & Valent. & Valquez, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. à n. 3. ex eo probantes, quia etiam furtum illicitum est, & Lege divina naturali prohibitum, & tamen etiamsi in Ecclesia fiat, Ecclesiam non polluit: sicut nec hæresis, quæ longè detestabilior est. Cui fundamento postea satisfacere intendens Suar. *1. de Religione, tract. de reverentia debita locis sacris*, lib. 3. c. 2. à n. 6. *cum seqq.* advertit se non negasse, hoc quod est Ecclesiam pollui per sanguinis effusionem, ex legis humanæ constitutione provenire, sed docere actionem non esse sacrilegam ex eo quod Ecclesiam polluit, sed potiùs idè statutum esse, ut Ecclesia polluat, quia actiones illæ illicitæ sunt, & sacrilegæ, & per eas in-

juriam inferitur loco sacro. Sed quicquid sit, opinionioni Sanchez magis adhareo.

Ecclesiæ autem nomine in hoc proposito intelligitur illa, quæ consecrata est, vel specialiter benedicta, ut ibi divina fiant Officia, & fuerint celebrata, atque ita deducitur ex text. *in cap. ult. de consecrat. Eccles.* ubi notant. gloss. *verb. non consecrata*, & post Navar. & alios Henriquez *lib.* 9. *cap.* 27. §. 5. *in princip.* post Graffium, Fr. Emman. & alios Sanchez *d. disp.* 15. n. 24. Sayr. *d. cap.* 16. num. 9. Avila *d. disp.* 7. *dub.* 2. *concl.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 24. num. 24. Fagundez *d. cap.* 14. num. 17. ubi ait nomine Ecclesiæ intelligi totum illud spatium quod pertinet ad internum corpus Ecclesiæ à tecto interiori usque ad pavementum, & à parte interna portæ majoris ipsius Ecclesiæ, usque ad ultimum parietem Capellæ majoris: vide infra, num. 45. Nec obstat text. *in cap. penult. de immunitat. Ecclesiar.* juncta gloss. *verb. admittitur*, dum probat sufficere, ut Ecclesia gaudeat immunitate, quod ibi divina celebrata sint, licet consecrata aut benedicta non fuerit: cujus sensum non percepit Henriquez *d. §.* 5. *lit. H.* dum contrarium ex eodem colligit: nam meliùs Sanchez, & Avila diversam elevationem advertunt quoad immunitatem; ejus enim respectu latior est loci sacri interpretatio: quoad violationem verò strictiùs accipitur, ut iidem optime probant.

Oratoria, quæ domi habentur, nomine Ecclesiæ non veniunt, quamvis ab Episcopi licentia in eis Missæ celebrentur, & idèd tanquam profana immunitate, & privilegiis Ecclesiæ non gaudere resolvit Sanchez *diēt. disput.* 15. num. 39. ubi num. 35. tenet Ecclesiã ab Episcopo benedictam, cœptamque illius auctoritate ædificari, nomine Ecclesiæ quoad hunc effectum comprehendendi, & num. 35. resolvit si Ecclesia destructa sit, copulam in ea habitam, aut effusionem sanguinis non esse sacrilegam, nec locum violari, modò destruat, ut iterum non ædificetur, & num. 38. asserit quod si Ecclesia ampliatur, ac distendatur, Capella aliqua, aut parte sibi addita, licet ea non benedicatur, quoad hunc effectum, comprehenditur nomine Ecclesiæ Cœmeterium ab Episcopo benedictum reputari locum sacrum, & sic indigere reconciliatione, si copulã illicitã aut sanguinis injuriosa effusione violatur, resolvunt Navar. *in man.* *cap.* 16. num. 3. *vers.* *interrogatus autem*, Henriq. *lib.* 5. *de pœnit. c.* 6. §. *in commento, lit. H.* Sanch. *d. disp.* 15. n. 10. Fagundez *diēt. n.* 14. c. 5. 1. declarando, prout dixi *allegat. preced. à num.* 30. & de omnibus iterum idem Fagundez *diēt. tract. precepto.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. num. 27. *cum seqq.*

Ex quo fit, quod si extra Ecclesiam quis lethale vulnus recipiat, postea ex eadem causa moriatur intra eandem, minimè per hoc sit polluta censenda; quia tunc non homicidium, sed sola mors in Ecclesia contigit; cum tamen è converso si quis intra vulnus lethale recipiat, & postea extra moriatur, polluta haberi debeat, ex sententia gloss. communiter receptæ *in d. cap. unic.* quam sequuntur ibi omnes, & post illos Navar. Jacob. de Graff. Fr. Emman. & Henriq. *d. locis*, atque etiam Ugolin. *d. §.* 1. *vers. tertio non polluitur*, Fagundez *d. c.* 14. n. 89. & *precepto.* 2. *lib.* 4. c. 4. n. 16. Azor. *d. c.* 5. q. 1. *vers.* si *queras*. Gambar. *d. cas.* 6. n. 8. Quidquid Suar. *d. sect.* 4. *statim in princ.* in hoc ultimo casu contrarium censeat; dum enim ibi tenet, & meritò, non esse pollutam ex lethali percussione intra eandem citra sanguinis effusionem contingente, donec homicidium sequatur, & consummetur per mortem percussi, insimul dicit, & esse quoque necessarium quod intra eandem Ecclesiam mors sequatur; quia tunc, & non aliter dicitur verè, & propriè fieri homicidium in Ecclesia, cujus tamen contrarium tenet gloss.

gloss. communiter recepta in d.c. unic. & est de mente DD. omnium citatis locis : dicitur enim verè homicidium commissum in Ecclesia, ubi intra eandem vulnus lethale, seu lethalis percussio contingit, à qua ipsum homicidium denominatur, non verò à morte postea subsequuta, licet per eandem, & non aliter constet fuisse homicidium patratum intra Ecclesiam, sicut ex eadem ratione idem quoque dicendum videtur, ubi vulnus intra Ecclesiam indigitur, ex quo datur sanguinis effusio, licet sanguis ipse non cadat intra Ecclesiam, quia vulneratus vel statim ab ipsa recessit ante effusionem, vel in vase aliquo sanguinem collegit: licet è converso contrarium dicendum sit, nempe ubi quis intra Ecclesiam vulnus recipit, & postea, quia ad eam fugit, intra eandem sanguis effunditur, per hoc minime remanet polluta, prout tenet citata gloss. in dict. cap. unico.

24 Quæ tamen ultima resolutio iudicio meo majori indiget censura, si advertamus quod Jura omnia de hoc loquentia ad sanguinis effusionem intra Ecclesiam contingentem potius quam ad vulnus intra eandem in flammam se referunt, ut patet ex dict. cap. unic. ibi, si Ecclesiam polluit sanguinis, aut seminis effusione contingat. & in cap. ult. eodem titul. ibi, Si Ecclesia non consecrata cujuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, & in dict. c. tuarum, de privil. ibi, Ecclesiam sanguinis effusione fœdasses, & in dict. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1. ibi, aut sanguinis effusione aut cujuscumque semine polluta fuerint : unde si sermo sit de pollutione Ecclesie, non ratione homicidii, sed potius effusionis sanguinis, dicendum videtur, quod licet per vulnus intra Ecclesiam inflatum Ecclesia ipsa polluat, quoties sanguis intra ipsam funditur, quamvis non cadat in templo ipso materiali, dum in vase aliquo recipitur; ideoque ex eo, quia verum est dicere intra Ecclesiam dari sanguinis effusionem, contrarium tamen dicendum sit ex eo, quod licet vulnus intra infligatur, sanguis tamen extra Ecclesiam effunditur propter recessum repentinum ab eadem cum hoc casu non verificentur verba prædictorum jurium. Quomodo enim non erit polluta censenda propter sanguinis effusionem in ipsa factam ex vulnere extra contingente, requiritur enim quod ipsa sanguinis effusio contingens intra Ecclesiam sit eidem injuriosa, id quod minime verificatur in hoc casu, in quo non data opera, sed potius casu, & per accidens contingit. Unde si quis intra Ecclesiam se ipsum occidat, polluetur Ecclesia per tale homicidium; quia licet respectu occisi propriè injuriosum non sit, est tamen valde peccaminosum, cum nemo sit vitæ, & membrorum dominus, ut habetur in l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam: & in cap. non est nostrum, 23. q. 5. & ex consequenti injuriosum propter injuriam, quæ fit loco sacro.

25 Hinc etiam ubi iudex reum suspenderet intra Ecclesiam, per hoc similiter ipsa Ecclesia violata censetur; quia licet hujusmodi homicidium fieri licitè possit, & taliter suspensus supplicio dignus fuerit, fit tamen illi injuria; licet enim supplicio dignus sit. Jus tamen habet, ne in tali in loco talem vim patiatur: & deinde fit etiam injuriâ loco sacro, & ipsi Deo, in cujus honorem Ecclesia specialiter dicata, & consecrata est; secus tamen dicendum si idem iudex, aut quisvis alius super Ecclesie tectum, vel ex parietibus ejusdem hominem suspendat, cum in tali casu non intra, sed extra homicidium contingat, ut optimè tenent Sylvest. & Navar. Mar. Alter. d. c. 1. vers. Sed quod, d. sect. 4. in princ. Fagundez d. c. 14. n. 10. & p. 2. lib. 4. num. 17.

26 Idem dicendum videtur, ubi quis cum esset intra Ecclesiam, hominem existentem extra jaculo occiderit, cum tunc verum sit dicere, quod homicidium

non fuerit intra Ecclesiam patratum, licet intra eandem initium sumpserit, & per consequens non erit per hoc violata censenda; secus è converso, ubi quis existens extra Ecclesiam existentem intra jaculo percusserit, aut vulneraverit, itaut sanguis intra eandem effundatur, quia jam tunc verificatur homicidium patratum, sicut & sanguinis effusio contingens, utcumque verò voluntarium, & injuriosum intra Ecclesiam, prout tenent Navar. dict. loco, Ugolin. d. vers. quarto non polluitur, Fagund. dict. c. 14. num. 11.

27 Non obstat doctrina Abb. in c. ult. de immunit. Ecclesiar. quem sequuntur Angel. in sum. verb. immunit. q. 23. Sylvest. eod. verb. 3. n. 6. in fin. Remig. de immunitat. Eccles. fallent. 4. Azved. lib. 3. n. 28. ad fin. tit. 2. lib. 1. nova recop. Guttier. pract. lib. 3. q. 1. n. 29. Decian. tr. crim. tom. 1. lib. 6. c. 8. n. 6. secundum quam non gaudet immunitate Ecclesie ille qui existens in loco sacro alium extra illum existentem percusserit: unde similiter videbatur dicendum, per tale homicidium Ecclesiam pollutam esse censendam, sumpta ratione deformitatis ab initio, & proxima delicti causa.

28 Ratio enim differentie inter utrumque casum in eo est, quod in priori, ut polluta dicatur Ecclesia, solum attenditur homicidium, vel sanguinis effusio, si utrumque voluntarium sit, & injuriosum intra Ecclesiam patratum, id quod propriè verificatur in homine occiso, vel vulnerato existente intra Ecclesiam, non verò quando existit extra, licet occidens sit intra: in posteriori verò casu, nempe quoad privilegium immunitatis, attenditur spes, animus, & fiducia, qua quis delinquit, ut ab Ecclesia defendatur, & sic evadat pœnam crimini condignam: id quod verificatur propriè in illo, qui cum sit intra Ecclesiam, occidit alium existentem extra eandem, non verò è converso; nam in hoc posteriori casu, si quis existens extra Ecclesiam occidat existentem intra eandem, & statim ad ipsam confugiat, præsumitur etiam spe veniæ fecisse, & idèd juxta veriore sententiam immunitate caret, ut per Cov. variar. lib. 2. c. 20. n. 15. vers. 27. Guttier. d. q. 1. num. 29. Suar. de Pace in pract. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. n. 99. Bobad. in sua politica, lib. 2. cap. 14. n. 19.

29 Non levis est difficultas, an si quis pro defensione Fidei homicidium, & ita martyrium intra Ecclesiam patiat, per hoc eadem Ecclesia debeat polluta censeri? In qua Abb. in dict. cap. proposuisti, num. 2. in fine, in eo convenit, ut non sit censenda Ecclesia polluta per rationem ad sanguinem in ea diffusum, quo potius lavatur, & magis sanctificatur Ecclesia, quam polluitur: optimus ad hoc text. in c. fundamenta, vers. isti sunt, ibi, ipsam glorioso cruore martyrii Christo Domino consecrarunt, de elect. lib. 5. & in c. gloriosus, ibi, qui viventes in carne prædictam Ecclesiam suo pretioso sanguine plantaverunt de reliq. & venerat. Sanct. & in c. quamvis, 22. dist. Sed per rationem ad iniquam & injuriosam effusionem (sicut etiam in homicidio ejusdem Martyris citra sanguinis effusionem patrato intra Ecclesiam) dicendum erit Ecclesiam pollutam esse, quia licet per mortem illius, qui sanctus est, intra Ecclesiam contingentem, quatenus habet rationem martyrii, non polluat Ecclesia, polluitur tamen quatenus injustum consideratur ipsum homicidium, & injuriosum ex parte occidentis: unde citari solet versus,

Actio displicuit, passio grata fuit.

Et in hoc sensu intelligenda est gloss. verb. sanguinis, in d. cap. unic. & quæ resolvunt Sayr. dict. c. 16. n. 13. vers. Item, Grassis dict. c. 48. n. 23. Ugolin. dict. §. 1. statim in princ. vers. id quod locum habet, Azor. dict. cap. 5. quest. 1. vers. rursus, post S. Antonin. & Navar. Mar. Alter. d. c. 1. vers. verum; Fagundez in quinquè Ecclesiis

Ecclesia precepta, p.2. lib.4. c.4. n.17. & cæteri supra citati.

30 *Secunda* causa, ob quam polluitur Ecclesia, & reconciliatione indiget, est propter voluntariam, & injuriosam sanguinis effusionem intra Ecclesiam contingentem, ut habetur in dict. c. *Ecclesiis*, de consecrat. dist. 1. in cap. *propofuisti*, & in cap. *ultim. de consecrat. Eccles.* & in cap. *unico*, eodem tit. lib. 6. & ultra Ordinarios citatis iuribus prosequuntur Navar. d. cap. 27. à num. 156. Jacob. de Grassis d. c. 48. nu. 26. Tolet. in lib. 5. c. 8. à n. 12. Ragul. de Missa in Ecclesia, *quæsto* 60. Fagundez in *quinque Ecclesia precepta*, p. 1. lib. 3. c. 14. Henriq. d. c. 27. §. 5. Cened. d. p. 3. collect. 11. Ugolin. d. cap. 29. §. 2. Mar. Alter. d. cap. 1. *vers. secundò*, & cæteri supracitati: quod tamen ultra supra assignatas declarationes circa primam homicidii causam, quæ legitimè etiam ad hanc secundam adaptantur, videlicet, quod non sit intelligenda de casuali, naturali, aut medicinali effusione per supradicta, subsequen- tibus tamen debet præsens causa intelligi declarationibus.

31 *Prima* declaratio est, ut intelligatur quoties humanus sanguis effunditur; nam si fuerit cujuscvis alterius animalis irrationalis, non erit per hoc Ecclesia polluta censenda, quia licet horrorem pariat, non tamen est effusio injuriosa, cum animal nec activè, nec passivè injuriæ capax sit, licet aliquando etiam jubeatur comburi, ne reficetur nefandi facti memoria, ut habetur, & notari solet in cap. *mulier si accesserit*, l. 5. q. 1. & ita tenet ac declarat Gloss. *verb. Sanguinis in d. cap. 1.* & post Navar. Ledesm. & Vivald. notat Ragul. d. *quæsto* 60. n. 2. Sayr. d. c. 16. num. 6. Cened. d. collect. 12. in princip. Ugolin. d. §. 2. *vers. excipitur ergo*. Neque refert, an alienus, vel proprius effundatur sanguis: si enim quis suæ mentis, compos ex ira, vel desperatione seipsum occidat, vel injuriosè percutiat, censetur violata, & reconciliatione indigebit, ut notant Gloss. *verb. Sanguinis*, in d. c. 1. & Mar. Alter. d. cap. 1. *vers. quaritur tertio*, Sayr. cap. 16. n. 4. in fine, & confirmatur ex iis, quæ notant Doctores per text. ibi in cap. *contingit* 36. de *sententia excommunicat.* Sicut nec etiam si mortuum corpus in Ecclesiam delatum sanguinem effundat, quia jam verè non dicitur sanguis humanus; non enim hominis est, sed cadaveris.

32 Multoties accidit, ut cadaver sanguinem effundat, si coram eo occisor sit, & ita in illum occisi cruor in impetuofam ejaculationem irruens illum sic prodit, & potest esse hæc præsumptio vehemens, quod illum occiderit, si adsint alia indicia: de quo vide Levin. Lemn. de *natura miraculis*, lib. 6. cap. 7. Boër. *decif.* 166. Franc. Marcum *part. 1. decif.* 183. & *part. 2. decif.* 190. Aloyf. Ricc. in *collect. decif. part. 3. collect.* 855. *post medium*, Hippol. Marfil. in *praxi crimin. §. diligenter*, num. 81. qui se hoc pacto homicidam aliquando deprehendisse affirmat tempore quo erat gubernator civitatis Albinganæ. Paris de Puteo in *tract. de syndicat. verbo tortura. cap. 3. incip. Mandavit Rex*, ad fin. ubi dicit hoc fuisse Romæ observatum eo tempore quo occisus fuit Cardinalis Sancti Marc. Angel. in *tract. de Malefic. tit. de homicidio*, ubi testatur in quodam Ægyptiano ita contigisse. Novell. in *præf. crimin. in princip. num. 94. fol. mihi 53.* ubi dicit se ita aliàs vidisse in quodam cadavere, dum esset Iudex maleficiorum Turni & in *reg.* 184. in civitate Venetiarum, dum esset Assessor Federici Raunerii. Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. num. 15.* qui testatur his temporibus id contigisse in oppido de Ledesma anno 1546. & vidisse processum originaliter, in quo quidam mutus, & frater ejus in itinere publico quendam interfecerunt causâ deprædandi, & torti confessi sunt, & ad mortis pœnam

sagittæ condemnati, sed antequam morti traderentur, positi coram occiso, ex ejus cadavere sanguis effluxit, Carrer. in *præf. in 2. tract. de indic. & tortura*, in 27. *indicio*, num. 2. dicit quod est verum indicium, & quod aliàs expertus fuit, Blanc. in *tract. de indic. comment. ad l. fin. ff. de quæst. n. 408.* ubi dicit quod hoc est magnum indicium, & quod ita se habet communis hominum sermo, videlicet quod per præsentiam occisoris cadaver emittat sanguinem, & quod ista sanguinis emissio non provenit ob incantationem, seu sortilegium, sed esse quoddam à natura insitum, de quo ratio reddi non potest, Menoch. de *arbitr. casu* 270. num. 16. ubi attestatur, hoc indicium esse credibile, & proximum, & lib. 1. pag. 89. num. 128. Boss. *tit. de indic. n. 73. Thesaur. decif.* 173. Bertazol. *conf.* 320. num. 6. & ibi ejus Additionator, Joan. Zangerus in *tract. de quæst. & tortur. cap. 2. num. 161. pag. mihi 818.* latè Joan. Stephan. Duranc. *var. quæst.* 62. *per tot.* Joan. Mar. Novar. in *collect. super prag. Regni Neapol. collect.* 163. num. 13. Less. de *Iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 17. n. 167.* Anton. Ragul. in *vase Ecclesiastica disciplina*, in *tract. de superstit. quæst.* 123. de *ebullitione sanguinis occisi ex vulnere*, pag. mihi 170. Petr. Bougler. *lib. 4. praxi crimina prosequend. tit. 2. art. 15. pag. mihi 188.* Bernard. Zieritzius in *notis & observat. nomicopoliticis*, ad *constitut. criminalem Imper. Caroli V. cap. 149. pag. mihi 157.* Henric. Boër. in *tract. de quæst. cap. 3. num. 21. pag. 125.* Ant. Quevedo y Hojos in *libro indiciorum, & tormentorum Hispano sermone composito*, p. 1. c. 8. num. 9. fol. mihi 34. Valeriol. *Medicus lib. 2. observ.* 9. Petr. Greg. *syntagm. Juris lib. 36. c. 20. n. 8.* Mascard. de *probat. conclus.* 867. num. 24. Cened. ad *Decretum, collect.* 65. num. 3. Farinac. in *praxi crimin. lib. 1. tit. 5. q. 52. num. 154. cum seqq.* Fr. Hieron. de Yepes in *historia infantis à Judæis occisi*, p. 3. c. 4. §. Otrosi, fol. 58. *verso*, Martin. Delt. *disquisit. magic. lib. 1. cap. 3. q. 4. pag. 112. & lib. 5. sect. 4. n. 20. pag. 680.* Hortens. Cavalc. de *brachio regio*, p. 3. n. 103. Emmanuel. de Valle de *incantat. & ensalmis, opusc. 1. sect. 1. c. 1. n. 3.* Anton. Sanctorell. in *postpraxi medica*, c. 21. *vers. argumentum probo, cum seqq.* Greg. Pictor. *successiv. lectio. dialog. 4. pag. 101.* Fragofo in *sua univers. chirurg. gloss. de los heredos, quæst.* 76. Torreblanca de *magia lib. 1. c. 2. n. 33. cum seqq.* Ravenna en el *Jardin del Mundo. c. 30.* Manuel Ramirez de Carrion. in *tract. mirabilium natura*, lit. S. *verb. Sâgre del hombre muerto*, n. 121. Joan. Riolan. in *comment. ad libros Ferneli de abditis rerum causis*, c. 18. Joan. Jonston. in *Thaumograph. naturali, classi 10. de admirandis hominis*, c. 3. art. 3. p. 519. Franc. de Pueyo inter *decif.* Joseph. Selle. *decif.* 11. à n. 1. ubi num. 15. mirandum refert quod accidisse anno 1607. in platea Vallis de Broto, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat, & positus ante eum Joan. Franciscus de Verga unus ex delinquentibus, illicò exivit sanguis ex vulneribus dicti cadaveris, quousque dictus reus fuit ab occisi conspectu eductus. Et statim adductus fuit ad conspectum dicti occisi Monserat de Verga, alter accusatus, qui cum se culpatum videret tanto scelere, cœpit obsecrare Deum, & Cœlum, ut in testimonium suæ veritatis permetteret miraculum ibi fieri: quo dicto illicò cadaver elevavit brachium dexterum, & digito signavit vulnera, ex quibus sanguis illicò exivit, & continuò elevando idem brachium eodem digito signavit in dictum accusatum. Aliud simile accidisse Mediolani anno 1610. refert Franciscus Collius in *tract. de Sanguine Christi, lib. 4. disput. 3. cap. 1.* & casum notabiliem narrat. Thom. Campanella in *tract. de sensu rerum & magia, lib. 4. cap. 9.* & se testem de visu de alio simili casu dicit Franc. Valeriola *medicar. observat. lib. 2. observat. 9.*

Hoc intra septem horas experiri debere tradunt Canon. in tractat. de indic. & tortura, in premiss. cap. 3. num. 3. Joan. Stephan. Durand. dict. quest. 62. qui addit post septem horas rarissime se extendere, Adam. Keller. de offic. juridicopolit. lib. 2. cap. 12. pag. mihi 408. & 409. Franc. Valeriola d. lib. 2. observ. 7. Ioan. Bapt. Bernard. in seminario totius Philosophia, tom. 3. lit. V. verbo vulnerans post aliquod tempus, fol. mihi 407. verso. Hieron. Cardin. in tract. de sapientia, lib. 4. pag. mihi 230. Anton. Nald, in pract. quest. lit. H. verbo homicidium, n. 4. pag. mihi. 276. Hujus rei, ac emissionis sanguinis hujusmodi rationem multifariam reddere conantur Levin. Lemnius citato loco, Jacob. Sprenger. in malleo malefic. quest. 2. Cornel. Gemma lib. 1. Cosmocris. cap. 6. pag. mihi 78. Ioan. Langius epist. 40. Aegid. Roman. quest. 25. quodlib. 5. Claud. Deodatus in tract. de hominis vita ad 120. annos salubriter producenda, lib. 1. Panth. Hygiast. cap. 11. pag. mihi 105. ad fin. Collins citato loco, Campanella dict. lib. 4. cap. 9. Henric. Kornman. in tract. de miraculis mortuor. pag. 9. cap. 23. cum tit. seqq. ubi hujus miraculi hanc rationem afferri posse ait, quod cum nondum calor omnis in recenti occiso corpore extinctus sit, neque agitatio omnis, visque interior nobis occulta quieverit, ultionem quidem tanta illa vis clamar, moxque ad vindictam bilis accenditur, ab ea sanguis inflammatur, & ad vulnus confestim prorumpit, patefacto ad exitum per vulnus meatu: eodem concurrent & spiritus, qui quoniam leves sunt, ad occidentem hominem, si coram steterit, volantes in eum migrant, servanturque nativo calore aliquandiu, nempe ad horas plus minusve sex, aut septem: quo quidem in tempore si qui interemit in conspectum interempti veniat, & incrementum intensè suscipiat vulnus, cruorem versus interimentem ejicit, quod quemadmodum dictum est, nondum in cadavere recenter jugulato ad horas aliquot vis omnis interior, calorque extinctus sit; qua quidem latente, & interiori vi efficitur, ut sanguis spiritus suos repetat, atque etiam spiritus ipsi suum attrahant sanguinem, unde ipsius manatio, & effluxus consequitur: Galleot. Martius lib. de doctrina promiscua, c. 22. Thadd. Florentin. in explicat. suis in Isagog. Joannitii. Marfil. Ficin. lib. 16. de immortalit. animar. cap. 5. Thom. Garbus lib. 2. sum. medicinalis scient. tract. 4. quest. 11. & lib. 1. tract. 5. quest. 31. Petr. Apono in commentar. problem, 6. part. 3. Aristotelis, Aloyf. Mundella dial. 1. Marcel. Donat. de medica historia mirab. lib. 2. cap. 1. pag. mihi 38. Marin. Mersen. in Genesim, c. 4. vers. 10. quest. 53. art. 1. pag. mihi 1438. Hieron. Magius lib. 3. miscel. cap. 5. Alphons. Paleo. in histor. admiranda de Jesu CHRISTI stigmat. cap. 16. pag. 286. Vair. in tract. de fascino, lib. 1. cap. 4. Gaudent. Merula lib. 4. rerum memorabil. cap. 18. Andr. Libavius in tract. de cruent. cadaverum, thes. 130. Jacob. Linius lib. 2. de natura miracul. cap. 2. Astur. Sipatius de natura sanguinis, lib. 1. cap. 2. Mizaldus cent. 2. memorab. 4. Cornel. à Lapide in comment. Deuterom. c. 21. vers. 4. col. 1025. Lorin. in comment. in Levit. cap. 24. vers. 17. lit. E, pag. 842. late Gullielm. Bœckelius in visionibus publicis, disquisit. 6. à pag. 111. Valeriol. d. lib. 2. observ. 9. Hieron. Montuus cent. 1. de admirandis facult. num. 28. Redempt. Baranzanus tom. 1. part. 2. sum. Philosoph. disp. 9. theorem. 17. Thom. Fienus de viribus imaginationis, quest. 24. pag. 198. Euseb. Nieremberg. in 2. part. Philosophia occulta. c. 46 cum seqq. Vincent. Moles in sua Philosophia naturali sacros. Corporis Christi. c. 14. dub. 3.

34 Secunda declaratio est, ut intelligatur prædicta resolutio non quidem de modica effusione, veluti si gutta sanguinis etiam injuriosè intra Ecclesiam ceciderit, sed potius, de notabili, seu considerabili,

hoc enim importat verbum effusio, nempe sanguinis abundantiam, & copiosum fluxum, argumento text. in cap. sapè, 41. dist. & in cap. revertimini, 16. quest. 1. notar. gloss. verb. effusionem sanguinis, in cap. cum illorum, 32. de sentent. excommunic. gloss. in casu positione, in d. c. 1. vers. nota 1. Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis, vers. 11. pag. 55. & fidedò statu- 35 tum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur, ut per Hipp. conf. 80. n. 26. Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap. 80. nu. 2. Quo fundamento in nostris terminis resolvunt Fr. Ludovic. Lopez in instructorio conscientia, part. 1. cap. 33. vers. sed circa secundum, Steph. Costa in cap. is qui, 18. quest. 2. de sentent. excomm. lib. 6. Sylvest. verb. interdictum 4. quest. 1. Navar. d. c. 27. num. 256. vers. dixi effunditur, Gambar. d. casu 6. num. 8. Ragul. de Missa in Ecclesia, q. 60. num. 1. Mar. Alter. d. c. 1. vers. quaritur quinto, Fagundez d. cap. 14. num. 19. & part. 2. lib. 4. cap. 4. n. 18. Graff. d. cap. 48. num. 25. Suarez d. sect. 4. vers. 2. Ugolin. d. §. 2. vers. 2. excipitur, Sayr. d. c. 16. num. 5. hinc optimè notantes, non indigere Ecclesiam reconciliatione, quando quis in ea percutitur, vel alia injuria afficitur citra sanguinis effusionem, etiamsi carnes conterantur, & ossa confringantur, vel quia omnia supra relata sanguinis effusionem requirunt, & sine lege poenam hanc ad alios casus extendere non licet, juxta regulam text. in cap. poena, de Poenitent. dist. 1. & tenent. Gambar. rupt. d. casu 7. num. 8. nisi fortè tumorem causaverit, aut livorem ex verberibus, & opus sit, ut tumor, seu livor ferro aperiatur; dicetur enim Ecclesia polluta, quia percussio injuriosa fuit, & efficax causa effusionis sanguinis, quæ deinde secuta est, ut advertunt Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. pollutio Ecclesia, Sayr. d. cap. 16. num. 8.

Neque existimes, quaecumque copiosam sangui- 36 nis effusionem sufficere, ut Ecclesia polluetur, & reconciliatione egeat: nam si percussio levis fuerit, licet sanguis copiosè effundatur, non idèò polluta censetur Ecclesia: exemplum frequens est quando in rixa puerorum alter alterum percutit, & ex naribus multus effluit sanguis, Navar. in man. cap. 27. num. 82. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 13. casu 6. Vivald. in candel. p. 2. de interd. tit. de casibus quibus Ecclesia, & c. num. 59. Graff. lib. 2. cap. 48. num. 25. Fagundez d. cap. 14. num. 17. si enim percussio lethalis non est, quæ ad mortalem culpam sufficiat, neque ad pollutionem Ecclesiae sufficiens censi debet, & ita resolvit Suarez d. sect. 4. §. 2. violatur in fine. Si tamen sanguis exiret de naso ex percussione violenta inter majores quatuordecim annorum, pollui Ecclesiam resolvit, judicatumque refert Mar. Anton. variar. lib. 1. resolut. 112. casu 6. quem citat Gambar. d. casu 6. num. 9.

37 Tertia declaratio est, ut procedat prædicta resolutio in sanguinis effusione publica, & quæ publicè innotescat, non verò in occulta, per quam non debet Ecclesia polluta censi, sicut nec per occultam seminis effusionem, de qua erit infra statim agendum. Ita gloss. verb. pollui, in d. c. 1. Navar. Sor. Hentiq. Graff. Tolet. & alii, quos refert, & sequitur Sayr. in d. c. 16. num. 10. Steph. Costa in d. cap. is qui, num. 5. Sayr. d. sect. 4. vers. dubitari solet. Sanchez disput. 15. n. 10. Fagundez dict. cap. 14. à num. 33. probantes in primis ex auctoritate text. in cap. significasti, de adulter. quatenus expendit mulierem publicè fuisse confesam adulterium, quod in Ecclesia commisit: Suarez verò ubi proximè, ex mente communi cum iudicio advertit hoc generaliter intelligendum in quocunque crimine occulto ex iis, quibus Ecclesia polluitur, per quod in quantum tale est, minimè debet Ecclesia

Ecclesia polluta cenferi, quicquid frequentius Doctores assumant exemplum effusionis seminis, quia illa frequentius occultè fieri solet; idem tenet Navarr. d. cap. 27. n. 291. in fin. ubi peculiariter advertit se publicè Salmanticæ prælegentem in ea fuisse sententia, fieri posse, ut effusio sanguinis, vel seminis, modò occulta, abhinc octo diebus publica fieri possit, quia scilicet testes coram quibus facta fuit, per idem tempus tacuerunt, per quod devenit in populi notitiam: & illum sequuntur Suar. Avila, & Suar. num. 11. citatis locis, indeque notant, receptam esse sententiam Alphonsi de Castro, & aliorum quos non citatos sequitur Sà verb. Ecclesia, num. 19. qui putant Ecclesiam non indigere reconciliatione, si dum effusio erat occulta, in eadem Ecclesia semel fuerit celebratum, quasi una celebratione Ecclesia dicatur reconciliata: loquuntur enim contra Iura omnia, quæ formam reconciliationis præscribunt in cinere, & aqua benedicta, ut in d. cap. proposuisti, & in cap. ult. de consecrat. Eccles.

38 Occultum, & publicum multis modis dicitur, de quibus per Doctores in cap. per vestras, & cap. ult. de cohabit. Cleric. & in cap. cum olim 24. de verb. signific. Menoch. de arbitr. cas. 166. Mascard. de probat. conclus. 1107. à n. 13. Gabr. commun. tit. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 117. Menoch. illust. cap. 2. num. 11. & cap. 20. num. 23. Aldret. de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 5. §. 2. à num. 6. Farinac. in praxi crimin. quest. 21. num. 1. Ad nostrum propositum occultum dicitur † non solum per accidens, quod propriè verificatur, ubi nulli testes adsunt, veùm etiam in occulto, quod tale dicitur prout distinguitur à publico, hoc est, quod licet posset probari legitime per testes, id est, nulla publica fama notatum, cujus exemplum refertur in cap. 2. de Apostat. & in cap. Christiana, ibi, latentia peccata 32. q. 5. unde ipsum dicendum erit, si talis actus in præsentia paucorum privatorum hominum contingat, quia taliter gestus interim dum non publicatur, propter ipsorum taciturnitatem occultus dicitur, ex Gloss. recepta verb. Secreta, in cap. quis aliquando, §. hac ergo secreta, de pœnit. dist. 1. & in cap. de manifesta, 2. quest. 1. Verùm licet favorem Concilii Constantiensis, seu Extravagantem Ad vitanda, Martini V. his terminis applicari posse contendat Fr. Ioan. de Peña, quem refert, & probabile dicit Suar. ubi proximè; meritò tamen contrariam sententiam concludit, & tutiorem attestatur; quia hæc pollutio à censuris, de quibus agit Extravagans illa, longè differt: & idè ad illam extendi non debet sine legè, juxta vulgarem regulam, qua à jure, de regulis juris in 6. cum similibus. Igitur consultè faciet Parochus, si cum primum hoc inceperit fieri publicum, ad Episcopum negotium deferat, qui præhabita inquisitione, & commissione, determinabit an Ecclesia polluta sit habenda, & reconciliatione indigeat, sitque interim in ipsa à divinis Officiis abstinendum, nec sibi suadet publicitatem pollutionis efficere tantùm Ecclesiam pollutam; nam † notitia illa, & fama superveniens de novo, illam non polluit, sed potius pollutam ostendit, & talem indicat ad divina Officia suspendenda, sicut verè dicitur excommunicatus, qui talis est à parte rei, quamvis dum est occultus, non sit vitandus, quia denunciatio excommunicationis minimè eum excommunicat, sed potius excommunicatum declarat, cap. pastoralis, §. verùm de appellationib. & qui declarat, non facit, sed factum denunciat, sicut in l. sed si quaratur, ibi, Quia per sententiam non debet servitus constitui, sed que est, declarari, ff. si servitus vind. l. heredes palam, §. 1. ibi, Nihil enim nunc dat, sed datum significat, de testament.

41 Unde meritò notant Doctores communiter secun-

dum Sayr. d. c. 16. n. 10 quod † etsi Sacerdos ex Sacramentali Confessione sciat in Ecclesia effusionem sanguinis contigisse, poterit in eadem celebrare, neque aliqua reconciliatione opus est, quamvis Hostiens. & alii, quos refert Stephan. de Gaëta in cap. ad limitata, 20. quest. 1. §. 5. num. 521. dicant tutius esse, quod Sacerdos in genere revelet Episcopo talem Ecclesiam indigere reconciliatione: nulla enim probabili nituntur ratione; nam text. qui adduci solet in dict. cap. significasti, de adulter. considerat publicam mulieris confessionem, ex qua infamia publica orta est, & idè inde ad Sacramentalem Confessionem ineptum est argumentum.

Tertia causa, ob quam polluitur Ecclesia, est propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem, sive sit hominis, sive mulieris, sive hæretici, aut infidelis, sive etiam per mollitiem, Sodomiam, aut bestialitatem contingentem, de quo est text. in d. cap. unico, de consecrat. Ecclesia, lib. 6. & in d. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1. resolvunt Navar. Sylvest. Graff. Fr. Emman. Henriq. & Suar. d. locis, Fr. Ludovic. Miranda d. q. 39. art. 5. concl. 1. vers. 2. casus, Ugolin. dict. cap. 29. §. 3. Azor. d. part. 2. lib. 9. c. 5. q. 3. Gambarupta d. casu 6. num. 11. Mar. Alter. d. cap. 1. vers. tertio, Fagundez dict. cap. 14. num. 20. cum seqq. Marta de jurisdict. p. 2. c. 17. à princ. Castro Palao dict. punct. 1. n. 1.

Dicimus Ecclesiam pollui propter voluntariam humani seminis effusionem, quia non sufficit, si fiat in somniis, ut per Fr. Emman. d. loco, ex Gloss. in cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1. verb. Semine, quam communiter receptam dicunt Navar. d. c. 27. n. 252. Azor. ubi proximè, Gambarupta d. n. 11. Mar. Alter. ubi proximè Graff. d. cap. 47. n. 24. Fr. Ludovic. Miranda d. vers. secundus casus est, Ugolin. d. §. 3. in fine. Semen hoc humanum, cujus effusione Ecclesia polluitur, sufficit si in Ecclesia effundatur, etiam intra vas naturale contingens, sicut diximus de effusione sanguinis, per quam similiter polluitur Ecclesia, dummodò intra eandem contingat, licet non cadat in ipsa Ecclesia materiali, optimè Gamb. d. cas. 6. n. 2. † quam tamen minimè pollui dicitur est; si hujusmodi seminis, aut sanguinis effusio accidat supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua caverna, aut spelunca, vel in aliqua camera, aut cella, vel in Choro, Sacrificia, turri cymbalorum, tribuna, aut confessionariis extra Ecclesie corpus, quia illis omnibus, & similibus casibus dicitur extra Ecclesiam contigisse, ut post Sor. & Cordub. tenet Mar. Alter. d. cap. 1. vers. requiritur, sequuntur Graff. d. cap. 48. à num. 23. Suar. d. sect. 4. col. 4. vers. quod autem sanguinis, Sayr. d. cap. 16. num. 8. Avila dict. disp. 7. dub. 1. Sanch. d. disp. 15. à num. 21. cum seqq. ubi sigillatim de singulis prædictis particulis latissime dissertit, & latè Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 37. ubi de intertecto, & num. 38. de Ecclesie supratecto, nisi ibi esset aliqua Capella, & n. 41. de Cameris ad latus Ecclesie adhaerentibus, & num. 42. de porta Ecclesie, & num. 43. de confessionariis, & num. 46. de choro, & num. 53. de claustro.

Quæstio non levis est, an idem dicendum si quando intra Ecclesiam habitus est coitus conjugalis? In qua videbatur dicendum, non esse per hoc Ecclesiam pollutam; quia licet talis effusio, & talis coitus

coitus sit voluntarius, non tamen est peccaminosus; text. enim in cap. si motum, de consec. dist. 1. & in d. c. significasti, de adulter. solum faciunt mentionem de fornicatione illicita, & adulterina, in quem sensum videntur etiam intelligendi text. in d. cap. unico, de consecrat. Ecclesia, lib. 6. & in c. ult. ejusd. tit. in antiquis, & in d. cap. Ecclesis, de consec. dist. 1. dum de seminis effusione simpliciter loquimur, itaut semper intelligamus, dummodo de se, & natura sua sit peccaminosa, quæ dici nequit contingens intra Ecclesiam ex copula conjugali, si removeamus contemptum, vel scandalum; nec enim circumstantia loci facti, & irreverentia ratione ipsius talis est, ut per se solum mortale peccatum constituat, cum speciali aliquo jure positivo talis copula prohibita non reperitur; & idem cum simus in materia peccati, videtur dicendum minime fore extendenda prædicta iura loquens de copula illicita, & peccaminosa, ad copulam conjugalem de se licitam, & honestam. Quare hanc partem sustinent Emman. Sà verb. Ecclesia, n. 14. Basil. Pont. de matrim. lib. 10. c. 10. n. 13. Vasq. 1. 2. disp. 98. n. 6.

Contrariam tamen sententiam tenuerunt glos. in d. cap. unico & in cap. quoniam, verb. opportuno 31. dist. & in cap. Ecclesis, verb. semine, 68. dist. sequuntur Navar. d. cap. 27. num. 252. Grass. de cap. 48. num. 26. Covar. de sponsalib. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 3. Perez tit. 1. lib. 5. Ordinar. pag. 12. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 28. n. 9. & lib. 2. cap. 25. num. 6. Sayr. d. cap. 16. à num. 19. Soar. d. sect. 4. vers. 3. violatur, Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 15. à num. 7. Tolet. d. cap. 8. num. 14. Cened. ad Sexum collect. 11. num. 2. Matra de jurisd. p. 2. c. 27. numero 3. Ragul. de Missa in Ecclesia, quæsto 58. Fagundez d. cap. 14. à num. 22. & p. 2. lib. 4. cap. 4. num. 20. Avila d. disp. 7. vers. secundus, Azor. d. cap. 5. quæ. 2. vers. dubia, Gambarupta d. casu 6. num. 11. in fine. Ugolin. d. c. 29. §. 3. vers. locum habet, Fr. Ludov. Miranda d. quæst. 39. art. 5. concl. 1. vers. secundus est: quæ opinio ex eo suadet, quod coitus conjugalis licet de se licitus sit, est tamen illicitus propter loci facti circumstantiam, cui sit injuria, argum. text. in cap. accusatio 2. quæst. 7. & cap. 1. de immunit. Eccles. & cap. 2. eod. tit. lib. 6. Unde cum sit voluntarius, & peccaminosus, contingens intra Ecclesiam, videtur ex consequenti per illum Ecclesiam pollutam censendam: facit quod diximus de iudice suspendente, & suffocante reum intra Ecclesiam, in qua specie licet poena mortis sit crimini condigna, & ideo de se licita, attamen propter loci facti circumstantiam redditur illicita, & injuriosa, & ideo polluta censetur Ecclesia. Cui non obstat, quod conjugii potenti debitum alter conjux tenetur reddere ex vi matrimonialis obligationis, & conjugalis vinculi, & ita sub poena peccati mort. maxime si detur periculum incontinentiæ: cessat enim hujusmodi obligatio respectu conjugis intempestivè debitum petentis, & ubi reditio citra peccatum fieri nequit, per ea quæ notantur in cap. inquisitioni, de sentent. excomm. & in cap. literas, vers. porro, de restitut. spoliator. facit text. cum materia, in l. quod diximus, ff. de solut. per quem dici solet, quod non semper debitor tenetur statim creditori petenti debitum solvere, cum possit dari legitima differendæ solutionis causa.

Cum magis communi & vera sententia hanc questionem sub fœdere distinctionis resolvendam puto, videlicet faciendo distinctionem inter coitum conjugalem intra Ecclesiam contingentem illicitum, & peccaminosum; & coitum qui talis non sit, imò potius licitus, & justus. Prioris membri sit exemplum, quoties conjuges intra Ecclesiam mutuo cohabitant absque ulla necessitatis causa, vel licet detur causa cohabitandi intra Ecclesiam, non tamen

datur necessitas petendi, & reddendi debitum; quia nullum subest periculum incontinentiæ: posterioris membri sit exemplum, quoties coitus conjugalis intra Ecclesiam ex necessitate contingit, veluti quia cognantur conjuges diu intra illam commorari, & cohabitare, propter quod prædictum incurrit periculum incontinentiæ, ad quod tollendum fuit coitus conjugalis justus, & necessarius, quantumvis intra Ecclesiam contingens. In primo igitur casu non est dubium quod Ecclesia maneat polluta, cum detur intra eandem illicitus, & peccaminosus coitus secus verò in posteriori à cessante ratione. Ita resolvunt distinguendo Richard. in 4. dist. 32. art. 3. q. 1. & ibi Major etiam q. 1. Sylvest. verb. consecratio 2. q. 5. Covar. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 2. n. 3. V. Et. in sum. n. 279. Suar. d. sect. 4. vers. tertia opinio, Sayr. in clavi Regia lib. 9. c. 7. n. 21. Less. de iustit. lib. 4. c. 3. dub. 12. n. 85. Mar. Alter. d. c. 1. vers. sed est aliqua controversia, Castr. Palao d. puncto 1. n. 1. in med.

Hæc tertia effusionis seminis causa omnes ferè recipit declarationes supra adductas circa præcedentem effusionis sanguinis causam; requiritur namque, ut effusio contingat in sufficienti quantitate, aliàs enim in minima non erit sufficiens, ut Ecclesia polluta censeatur: id quod provenit tam ex vi verbi effusionis, ut supra expendimus, quam etiam ex eo, quia licet modica effusio ex parte interioris voluntatis sit peccatum mortale intemperantiæ, attamen in ratione exterioris injuriæ loci facti non aded res gravis est censenda, ut polluta per hoc fiat Ecclesia, prout optimè declarant Suar. d. sect. 4. vers. tertiò violatur Ecclesia, Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 153. n. 11. Quicquid contrarium velit Mar. Alter. d. c. 1. vers. sed hæc opinio.

Dicendum est insuper, & declarandum, quod licet per occultam, & peccaminosam seminis effusionem Ecclesia polluat à parte rei, non est tamen talis reputanda, quandiu ipsa effusio occulta persistit, juxta supra resoluta circa superiorem causam effusionis sanguinis, quicquid Doctores communiter contrarium censeant, nempe per occultam effusionem Ecclesiam minime polui, quorum sententiam jam supra num. 37. refutavimus, & aperte confunditur ex d. c. significasti, de adulter. ibi enim adulterium cum Sacerdote intra Ecclesiam à principio occultè contingit; & tamen quia ex postfacto per confessionem mulieris adulteræ publicè factam de crimine constitit, præcepit Alexand. III. ut Ecclesia reconcilietur: id quod fieri non deberet, nisi à principio, & ita quando adulterium fuit patratum intra Ecclesiam, polluta eadem Ecclesia fiet, siquidem confessio criminis, & populi noticia de eo superveniens minime Ecclesiam violavit, sed potius violatam ostendit, juxta supra resoluta, quæ ex decis. dicti cap. significasti, sic ponderati firmiora redduntur. Deinde procedit quoque prædicta resolutio, ubi peccaminosa seminis effusio contingit in ra, non verò extra Ecclesiam, juxta supradicta, quæ ad hunc casum ex eadem ratione legitimè adaptantur: inde fit, ut quemadmodum ad Ecclesiam pollutionem ex causa voluntariæ, & injuriosæ effusionis sanguinis contingentis intra Ecclesiam resolvimus contra communem ferè omnium Doctorum sententiam, non aliter Ecclesiam fore pollutam censendam, quam si utrumquè copulativè, scilicet & vulnus, & sanguinis effusio notabilis intra Ecclesiam contingat, nec sufficere quod vulnus tantum, si effusio extra eveniat, idque ex eo, quia iura de hoc loquuntur principaliter ad effusionem ipsam, non verò ad vulnus se referunt: sic similiter idem nobis dicendum videtur in præsentis specie, itaut quamvis actus hic intra Ecclesiam effusioni ita proximus sit, ea

caminosus, si tamen actualis effusio non intra, sed extra Ecclesiam contingat, minimè per hoc est Ecclesia polluta censenda, cum verum sit dicere effusionem seminis minimè intra eandem contigisse, quicquid communis sententia sit in contrarium.

52 *Quarta causa ob quam polluitur Ecclesia est, quoties intra eandem sepultus fuerit fidelis excommunicatus, de quo est text. in cap. consului, de consecrat. Eccles. qui text. licet loquatur in Cœmeterio, procedit tamen, & habet locum majori ratione, quando prædictus excommunicatus intra Ecclesiam sepelitur, ad effectum ut per hoc eadem Ecclesia polluta censeatur, tenent Navar. dict. c. 27. num. 252. Victor. verb. Eucharistia, num. 99. Henriq. in sum. lib. 2. de Missa, cap. 27. §. 5. & lib. 13. cap. 51. §. 3. Gambarupta d. casu 6. n. 13. Mar. Alter. d. cap. 1. vers. quartò violatur, Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quas. 13. vers. tertio, & part. 2. lib. 9. c. 5. q. 2. vers. quartò, Sayr. lib. 2. de censur. cap. 4. num. 11. & lib. 5. c. 17. num. 22. Avila d. disp. 7. dub. 1. vers. tertius casus. Suar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. vers. quarta causa, & de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 2. à num. 3. Valet. Reginald. in praxi fori panit. lib. 32. num. 17. Ugolin. de potestate Episcopi cap. 29. §. 4. Fr. Ludov. Miranda d. quas. 39. art. 5. concl. 1. vers. tertius casus, Nald. verb. Ecclesia, num. 19. Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quas. 13. resol. 5. pag. 447. Fagundez d. cap. 14. à num. 55. qui ferè omnes intelligunt præfatam conclusionem procedere tantum in excommunicato, vel notorio clerici percussore, vel nominatim denunciato, juxta Martini V. & Basileensis Concilii Constitutionem incip. Ad evitanda scandala, per quam solum in prædictis casibus tenemur excommunicatos vitare, unde etiam in eisdem tenemur non sepelire, per reg. cui non communicamus vivo, nec mortuo debemus communicare, de qua in c. ex parte, in fine, 11. de sepult. & in cap. à nobis, de sent. excomm. Ex cujus decisione ultra Doctores in prædictis Iuribus limitanda venit supradicta resolutio deducta ex d. c. consului, ut non procedat in casu, quo Ecclesia propter signa contritionis, quæ excommunicatus in vita, & mortis articulo ostendit, ipsum absolverit, etiam post mortem, ut ibidem cavetur, tunc enim cum pro eo sit orandum, poterit similiter intra Ecclesiam sepeliri, quæ per hoc minimè polluta censebitur, cum talis verè sit absolutus ab excommunicatione, in qua decessit, & ex consequenti cesset respectu illius prædicta reg. cui non communicamus vivo, &c. prout habetur in d. c. à nobis, junctis traditis per Covarr. in c. alma, p. 1. §. 11. n. 4. ubi agit, quo pacto talis post mortem valeat per Ecclesiam absolvi.*

53 *Procedit autem prædicta resolutio non solum in fidei excommunicato, sed etiam quando infidelis, vel hæreticus sepelitur, per quod erit similiter polluta censenda, ac proindè reconcilianda, atque etiam Cœmeterium, si in ipso talis sepeliatur, prout habetur in c. Ecclesia, il. 1. & 2. de consecrat. dist. 1. tenent Fagundez d. c. 14. num. 57. Fr. Ludov. Miranda d. concl. 1. vers. quartus casus est, ubi addit in hoc casu non solum esse reconciliandam Ecclesiam, verum etiam & illius parietes abradendos, Azor. d. c. 5. q. 1. vers. quinto, & seq. Sayr. de cens. lib. 5. c. 6. n. 25. cum seq. ubi asserit locum habere etiam si infantes infidelium sint, qui sepeliantur, Ugolin. disp. 29. §. 5. ubi excipit, quando catechumenus in Ecclesia sepelitur, cum vi charitatis conjuncti nobis sint, & separari à nobis non debeant in sepultura, de quo etiam Mar. Alter. d. c. 1. vers. sed postulabitur. Denique quod Ecclesia polluat, ubi ab excommunicato denunciato, notoriòve Episcopo consecrata est, dixi præcedenti allegatione, num. 28.*

Qui in Ecclesia publicè violata Missam celebrat, aut alia peragit divina Officia, seu defunctum sepeliat, (nisi urgente necessitate id fiat de licentia Episcopi) peccat mortaliter, irregularis tamen, aut suspensus non efficitur, ex ea ratione, quia nulla pœna Iure communi constituta est contra eos, qui celebrant in Ecclesia polluta antequam reconcilietur, tum quia pollutio Ecclesiæ non est propria censura, nec interdictum, quo fit, ut in Ecclesia polluta celebrans irregularis non efficiatur. Ita Henriq. lib. 9. de Missa, c. 27. §. 7. & lib. 13. de excomm. c. 51. §. 5. Sylvest. verb. consecratio, q. 9. Ugolin. de irregul. lib. 1. c. 1. n. 2. & in tr. officio, & potestate Episcopi, cap. 29. §. 7. multi, quos refert Cened. dict. collect. 135. n. 5. Fr. Ludov. Miranda d. q. 39. n. 6. Azor. d. c. 5. q. 6. Mar. Alter. d. disp. 3. c. 3. Fagundez d. c. 14. à n. 3. Quamvis celebrantem fieri suspensum, & si iterum celebret post suspensionem, contrahere irregularitatem, asserat Piafec. in praxi nova Episc. p. 1. c. 5. n. 5. vers. ante. Nam text. in d. c. is qui, de sentent. excomm. lib. 6. solummodo loquitur de eo, qui celebrat, aut celebrare facit in loco interdicto, non autem de celebrante in Ecclesia polluta; Ecclesiam etiam pollutam non egere reconciliatione, si in ea bona fide celebretur, ait Caltr. de lege pœnali lib. 2. c. ult. cujus contrariam melius resolvit Fagundez in quinque Ecclesia precepta, p. 1. lib. 5. c. 21. n. 13.

Ecclesia exsecrata, si fuerit consecrata, reconciliari non potest, nisi per proprium Episcopum, seu alium Episcopum de ipsius licentia, & hoc cum aqua ab Episcopo benedicta vino admixta, & cineri, & cum verbis, quæ habentur in Pontificali, vel Manuali Romano: ita traditur expressè in c. aqua, & in c. proposuisti, de consecrat. Ecclesia, & tenent Henriq. in sum. lib. 9. c. 27. n. 6. Sayr. de censur. lib. 5. c. 16. n. 31. Azor. d. p. 2. lib. 9. c. 5. q. 5. Cened. dict. collect. 235. n. 1. Ugolin. d. c. 29. §. 8. n. 1. Gambar. de casu 6. n. 4. me citato in hoc loco, Alzed. de præcell. Episc. dignit. p. 2. c. 4. n. 25. Miranda d. q. 29. art. 8. concl. 2. Filiuc. in qq. mort. tom. 1. tr. 5. c. 4. n. 118. Diana resol. moral. p. 2. tr. 1. miss. cel. resol. 6. & censuit Sac. Cong. Rit. in Cameracensi, 9. Febr. 1608. & in Pratenfi, 21. Julii 1632. dum habet Ecclesias & cœmeteria consecrata, non nisi per Episcopum reconciliari posse. Et in Aretina 9. Aprilis 1635. ubi habetur Ecclesiam consecratam non posse nisi per Ordinarium loci, vel alium Episcopum de consensu ipsius reconciliari.

Unde infertur Episcopos hujusmodi facultatem reconciliandi Ecclesiam consecratam pollutam non posse simplici Sacerdoti delegare, etiam si in contrarium sit consuetudo per d. c. aqua, ubi dicitur, quod hæc consuetudo potius dicenda sit corruptela, quia licet Episcopus committere valeat quæ jurisdictionis existunt, quæ tamen sunt Ordinis Episcopalis non potest inferioris gradus Clericis demandare, ut censuit Sacra Congregat. Rit. in Cameracensi, 9. Febr. 1608. & resolvunt Miranda d. concl. 2. Ugolin. d. §. 8. num. 2. ubi addit Summum Pontificem id posse, ex quo de Jure positivo est, & omnium quæ Juris positivi sunt, plenam habet potestatem: quod totum etiam tenet Mar. Alter. d. disp. 3. cap. 4. Quare eadem Sacra Congregat. Rituum in Gallicensi, 24. Septemb. 1605. concessit Vicario generali licentiam reconciliandi Ecclesiam pollutam, attenta absentia Episcopi, & in Rothomagensi, 13. Julii 1601. eandem facultatem concessit cuidam Abbati in dignitate Ecclesiastica constituto, aqua tamen prius per Episcopum benedicta.

Si tamen Ecclesia non fuerit consecrata, sed tantummodo benedicta, reconciliari potest per quemcumque simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustralis aspersionem, cap. si Ecclesia, cum gloss. verb. lavetur,

lavetur, de consecrat. Ecclesia, Mar. Alter. d. cap. 4. vers. quod si, Henriq. d. cap. 27 §. 6. Sayr. d. cap. 17. num. 31. Tolet. d. cap. 8. num. 15. Fr. Ludov. Miranda d. artic. 8. concl. 1. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico p. 2. tract. 12. c. 3. quæst. 13. in resol. 1. quæst. pag. 447. & p. 3. tract. 14. c. 8. q. 27. resol. 2. Tamburin. de jure Abbat. tom. 2. disp. 23. q. 10. n. 11. Diana, moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 91. & antea part. 2. tract. 1. miscel. resol. 6. Fagundez d. cap. 14. num. 60. Ugolin. d. §. 8. n. 3. Avila d. disp. 7. dub. 4. cum quo adverte, non esse necessarium, quod aqua sit per Episcopum benedicta, ut Ecclesia non consecrata reconcilietur, licet hoc requirat Tolet. ubi proximè, convincitur enim ex verbis c. ult. de consec. Eccles. ubi, aqua protinus exorcizata lavetur; quod non liceret, si Episcopi licentia, benedictio, aut auctoritas esset expectanda, & exorcismus aquæ per Episcopum esset faciendus. Hinc Sacra Congregat. Rit. in Cameracensi, 9. Februarii 1608. censuit Ecclesia non consecrata, & cæmeterii simplicem benedictionem posse committi alicui Presbytero in dignitate ecclesiastica constituto, & in Hydruntina 15. Decembris 1632. fuit dictum Ecclesiam non consecratam posse per Vicarium Capitularè reconciliari. Et in hoc casu quo potest simplex Sacerdos reconciliare Ecclesiam benedictam, posse & Regulares Superiores idem facere, tenent Pottel. in dub. Regular. p. 1. verb. Ecclesia Fratrum, n. 1. & Diana d. p. 4. tract. 4. resol. 91.

De quatuor autem aquæ benedictæ generibus, & de ejus vi, & effectibus, vide Durant. in rationali Divinorum, lib. 4. cap. 4. n. 10. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesia lib. 1. cap. 21. num. 2. Hieron. Rom. lib. 4. de repub. Christiana, cap. 22. Henriq. in sum. lib. 4. cap. 5 §. 8. lit. E. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 15. novissimè Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 12. cap. 26. num. 60. ubi ait aquam benedictam tripliciter considerari, vel Episcopalem mixtam vino & cinere, qua Episcopus utitur in consecratione Ecclesiarum seu Altarium, cap. proposuisti, de consec. Eccles. vel Baptismalem, de qua sit mentio in cap. Sabbato. de consecr. dist. 4. vel communem, de qua in c. juxta aquam, d. dist. 4. Et de illius usu apud Gentiles, & Hebræos, ablutione, & expiatione agit Ioan. de Pineda super Job. part. 1. c. 9. pag. 360. Et de antiqua ejus institutione in Ecclesia contra mala spiritualia, dæmonesque, vide Card. Cæs. Baron. tom. 2. annal. Ecclesia, anno Christi 132. pag. 62. Martin. Delrium disquisit. magicar. lib. 2. cap. 2. sect. 3. q. 3. pag. 513. Emman. de Valle de Moura de incantation. & ensalmis sect. 2. cap. 11. num. 27. Basil. Pont. var. disp. part. 1. quæst. 2. cap. 5. Emman. de la Cerda in tract. dos pos de Milan. p. 2. cap. 5. Bozz. de signis Eccles. tom. 1. lib. 5. cap. 2. sign. 15. Raph. de la Torre de vit. oppos. Relig. quæst. 90. disp. 12. n. 13. & disp. 13. n. 5. Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 12. cap. 26. a num. 57. † Remittit peccata venialia, Azor. d. lib. 9. c. 15. q. 5. latius part. 1. lib. 4. c. 10. quæst. 4. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 4. c. 4. num. 7. Petr. Thyrt. de apparit. spirit. lib. 3. c. 16. n. 42. Durant. de ritibus, Eccles. lib. 1. c. 21. ex n. 2. Torreblanca d. lib. 12. c. 26. n. 62. Liberat à morbis, Emman. de Valle d. cap. 11. n. 6. confert sanitatem corporalem. Idem Emman. de Valle d. sect. 2. cap. 13. n. 8. & plura miracula per aquæ benedictæ virtutem facta referunt Henriq. d. lib. 4. cap. 15. num. 8. lit. E, & Card. Baron. tom. 3. anno Christi 327. pag. 284. & tom. 7. anno Christi 537. p. 271.

Ubi tamen reconciliatio Ecclesiæ consecratæ haberi non posset per Episcopum, qui longè abest, & venire non potest, posse eundem Episcopum ex justa causa concedere, ut in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebratur, post D. Thom. & Sot. no. Barbosa de Episcop. Pars I L.

tarunt Avila d. disp. 7. dub. 3. concl. 2. Sà verb. Ecclesiis num. 23. vers. Episcopus, Mar. Alter. d. disp. 3. c. 2. v. Sed non caret, Zerol. in praxi Episcopali, ubi proximè, Soar tom. 3. in 3. p. S. Thoma, disp. 81. sect. 4. vers. his positis, Fagundez in quinque Eccl. præcepta, p. 1. lib. 3. c. 14. n. 2. Sed hoc non probari, bene observant Henrriquez, lib. 13. c. 51. §. 5. lit. H. Quare † facilius erit, attempto jure communi, quod concedat Episcopus, ut in loco non sacro super Altari portatili celebretur, vel post Concil. Trident. in privatis Oratoriis, aut Eremitoriis institutis ad divina celebranda, secundum à nobis dicta supra alleg. 13. à n. 8.

Quomodo autem se gerere, & quid agere debeat Sacerdos, si contingat post inceptam Missam Ecclesiam violari, veluti si orta rixa alteri vulnus inferat, vel occidat? in quo dubio communiter distinguitur, utrum post cceptam consecrationem, aut ante illam casus contingat, ita ut in primo Missam teneatur proficere, in secundo verò minimè. Ita Ugolin. de cens. tab. 2. cap. 8. §. 4. & de potest. Episcop. cap. 29. §. 7. n. 3. Suar. de sect. 4. in fin. Mar. Alter. d. disp. 3. c. 3. in fine, Barthol. ab Angelo dial. 5. de Missa, §. 643. Mar. Ant. var. resol. lib. 1. ref. 112. cas. 60. Nald. verb. Ecclesia, n. 23. Scott. lib. 2. de Miss. cap. 13. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico. part. 1. tract. 4. cap. 14. quæst. 138. latè Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 3. c. 18.

Prelati Regulares bene possunt reconciliare Ecclesias quacumque ex causa violatas, atque pollutas, aqua per ipsos benedicta, si Episcopus qui illam benedicat, distet ultra duas dietas, aliàs debent habere aquam benedictam ab Episcopo, prout constat ex concessione Leonis X. facta Generalibus, & Provincialibus, ac Custodibus, necnon Guardianis Fratrum Minorum Observantiæ pro tempore existentibus, quæ habetur inter privilegia Mendicantium, verb. benedicere Eccles. §. 14. & refert Sayr. dict. c. 16. num. 31. & de ea testantur Ugolin. d. §. 8. num. 2. Mar. Alter. d. c. 4. v. quamvis, & Fr. Ludov. Mirand. d. art. 8. concl. 3. & Henriq. d. §. 6. lit. D. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 3. part. 3. c. 11. num. 4. Diana resol. moral. p. 6. tract. 6. resol. 22. ubi etiam post Fr. Emmam. Perficum resolvit, Regulares posse uti dicto privilegio non solum quando Episcopus distat per duas dietas, sed etiam quando abest morte, renunciatione, depositione, &c. Quælibet autem diata continet viginti milliaria, seu circiter septem leucas, gl. verb. duas dietas, in c. nonnulli, de rescript. Henriq. in sum. ib. 9. c. 27. §. 6. in com. lit. E, & lib. 13. c. 51. §. 3. Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. 19. n. 9. Greg. 1. 3. verb. quares una legua, tit. 16. part. 2. Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 90. §. 13. ibi, à seis leguas por dia, commensurando per viam usitatam, Parlad. d. num. 9. Mascard. de probat. concl. 1056. num. 6. Cabed. Lusitania decis. 13. n. 4. p. 1.

ALLEGATIO XXX.

Episcopus in Capellaniis quando possit reducere numerum Missarum

SUMMARIUM.

- 1 Missas reducere, & ad minorem numerum revocare pertinet ad Episcopos in Synodo Diocesana, & ad Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus.
- 2 Causa justa est necessaria ad hujusmodi reductionem faciendam.
- 3 Defunctorum voluntates inviolabiliter observari publicè

- publicè interest.
- 4 Anniversaria, & officia pro defunctis sub hujusmodi reductione cadunt.
 - 5 Reductio hac an debeat intelligi de Missis, & legatis, tam ante Concil. quàm post illud relictis, ostenditur.
 - 6 Eleemosyna pro ipsis Missis celebrandis, si adeo tenuis sit, sub hac reductione comprehenditur.
 - 7 Eleemosyna pro Missis si multum crescat, ut constituta tenuissima sit, quid agendum, ostenditur.
 - 8 Episcopus potest aliquando ex justa causa concedere ut Missa in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto.
 - 9 Missarum numerum, & anniversariorum potest Episcopus reducere in donationibus, & aliis actibus inter vivos.
 - 10 Anniversaria in totidem Missas potest Episcopus commutare.
 - 11 Commemoratio defuncti semper est facienda in numero Missarum reductarum.
 - 12 Episcopus non potest reducere ad minorem numerum Missas in fundatione Ecclesia impositas.
 - 13 Episcopus non potest etiam reducere ad minorem numerum Missas beneficiorum requirentium in sua fundatione certum illarum numerum.
 - 14 Missa particulares votiva, vel pro defunctis, qua justis stipendiis sigillatim à particularibus personis petuntur, non possunt ad minorem numerum reduci.
 - 15 Episcopus etiam sine Synodo congregata potest Missarum numerum diminuere, Abbates verò, & Generales non ita extra Capitula generalia.
 - 16 Decisio Sacra Congregat. de celebrat. Missarum refertur.



AD Episcopos in Synodo Diocesana, & ad Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus pertinet Missas reducere, & ad minorem numerum revocare: ita habetur in Conc. Trid. sess. 25. de reformatione. c. 4. & in Concil. Brachar. IV. act. 4. c. 26. in fine, comprobant post Navar. & alios Henriq. lib. 9. c. 22. n. 6. Seraphin. decis. 611. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. quest. 61. Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 252. num. 13. & quest. Regul. tom. 1. quest. 43. art. 13. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 23. num. 239. Quitanta in sum. Bullarii, verb. Missas, vers. posse, Mirand. in man. Pralat. tom. 1. quest. 41. art. 23. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 404. in 1. edit. & resol. 341. in 2. edit. Bonacin, de Sacrament. disput. 4. quest. ultim. punct. 7. §. 2. n. 7. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Missa, §. 3. p. 228. Fr. Emman. quas regul. tom. 1. q. 43. art. 13. latè Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 363. cum sequentibus, & me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 9. quas. 21. in fine, Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neap. part. 4. decis. 25. ubi ex hoc loco, me non citato plura desumit, & decis. 171. ead. p. 4. Molfes. in summ. moralis Theologia, tract. 3. c. 16. n. 29 & 30. Ugolin. de offic. & potest. Episc. c. 61. Diana moral. resol. p. 1. tr. 14. resol. 1. cum seq. Lezana in sum. quest. Regul. p. 1. c. 21. n. 6. Nald. in sum. verb. Missa. n. 8. novissimè Alphons. de Leone de officio Capellani q. 5. sect. 20. n. 305. cum multis seqq. etiam novissimè Torreblanca in pract. Juris spirit. lib. 2. c. 9. n. 73. cum seqq.

2 Primò amplia, seu declara ad hujusmodi reductionem faciendam necessariam esse justam causam, cum voluntas testatoris non possit absque illa violari. Ita Fr. Emman. d. c. 252. ad fin. aliàs d. 251. concl. 13. Nav. conf. 9. num. 9. de celebrat. Missar. in novis, Fraxinell. de oblig. Sacerd. sect. 7. §. 5. n. 1. Molin. de justit. tract. 2.

disp. 249. Bonacina dict. §. 2. n. 12. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis. 25. num. 3. Defunctorum enim voluntates inviolabiliter observari publicè interest, Petr. Magdalen. de numero testium in testam. req. part. 1. c. 8. à n. 6. Card. Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. Padil. in sum legum poenal. part. 2. casu 25. Martin. Garil. in la explicacion de la Bulla de los defunctos, part. 2. cap. 14. Quapropter Prælati qui eam habent auctoritatem in diminuendis obligationibus jam inductis, prudenter, cautè, & cum timore lædendi conscientias suas procedere debent. Justa causa ad hujusmodi reductionem faciendam illa potest esse, videlicet si cursu temporis Clericorum, aut Religiosorum numerus est diminutus, aut Ecclesiæ, vel Monasterii redditus extenuantur, vel impensæ majores fiunt, & cætera hujusmodi. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 6. quest. 5. quem refert d. loco, vers. tum tractatur.

Secundò amplia habere locum in anniversariis, & Officiis pro defunctis, & ita declarasse Sacram Congregat. ad instantiã Archiep. Neapol. die 26. Novembr. 1583. referunt Piafec. in praxi nova Episcop. part. 2. c. 3. num. 15. in fine, Stephan. Quarant. in sum. Bullarum, verbo Missa, pag. 291. aliàs 402. Diana part. 1. tract. 14. resol. 5. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Missa 4. Aloyf. Ricc. d. resol. 341. n. 2. Monet. dict. cap. 5. num. 367. Utrum autem in ultima voluntate, vel pacto inter vivos liceat bona temporalia Ecclesiis, aut monasteriis sub eo modo, aut conditione dare, ut anniversaria fiant, Sacrae certis diebus celebrentur? Vide latè disputantem Anguian. de legib. lib. 4. controvers. 7. per tot. ubi num. 24. refert sanctissima statuta Societatis Jesu non pati, quod illa se obliget ad anniversaria.

Tertiò amplia procedere hujusmodi reductionem in Missis, & legatis, tam ante Tridentin. Concil. quàm post illud relictis; quia dispositio Concil. generaliter, & absolutè loquitur. Ita Possevin. in cap. 2. num. 25. questio 9. Nald. in summa, verb. Missa. n. 9. Garc. de benef. part. 7. cap. 1. num. 1; 2. Sed ex declaratione Illustr. Cardinalium, reductionem fieri non posse de Missis post Tridentinum relictis, tenent Miranda dicto loco, conclus. unic. in medio, Hieron. à Sorb. in annot. ad comped. privil. Regul. verb. Missa 3. Azor. ubi proximè, Fr. Emman. d. art. 13. Fraxinell. d. sect. 7. §. num. 2. Confect. in summ. priv. Ordinum Mendicant. tit. 19. de divinis Officiis, & Missarum & celebrat. c. 3. Aloyf. Ricc. de Neapol. decis. 25. num. 3. in fine, p. 4. Fr. Emman. qq. regul. tom. 1. q. 43. art. 13. Gasp. Passar. cap. 60. de remedio Missar. qui asserit hoc sibi consulenti à dictis Illustriss. responsum fuisse Roma die 7. Februar. 1573. Diana d. p. 1. tract. 14. resol. 2.

Quartò amplia in eleemosyna pro ipsis Missis celebrandis, quæ si aded tenuis sit, ut non facilè inveniantur, qui velit se huic muneri subicere, ut dicitur in Trident. d. cap. 4. tunc numerus Missarum moderandus est juxta vires legati: refert à Sacra Congreg. declaratum Aloyf. Ricc. d. resol. 441. à num. 2. ubi etiam dicit per eandem decisum in hujusmodi reductione debere Episcopum Capituli Consilium requirere, quamvis sequi illud non teneatur.

Adverte tamen, quod quando testator relinquit 100. aureos pro 100. Missis celebrandis in tali Ecclesia pro anima sua, si augeatur eleemosyna præstanda Sacerdotibus, tenetur hæres data capacitate hæreditatis supplere mercedem, quia testator non reliquit pecuniam simpliciter pro eleemosyna solvenda sine onere Missarum, sed pro Missis celebrandis pro anima sua, eo tempore, quo præstabatur minor merces; nam si prævidisset augmentum, non utique diminueret numerum Missarum, cum hæreditas totum reddere posset: ita Marc. Anton. Genuen. in pract. Ecclesiast.

Ecclesiast. quæst. 179. Homobon. de bonis de Examine Eccles. part. 1. tractat. 4. c. 13. quæst. 118. Ricc. in praxi, p. 3. resol. 364. num. 3. Diana dict. part. 1. tractat. 14. resol. 17.

8 Quintò amplia, Episcopum posse aliquando ex justa causa concedere, ut Missa in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto, sicut potest ex justa causa in casu aliquo particulari commutare legata in alios æquales usus pios, saltem quando non est acquisitam jus tertio. *Henriq. in sum. lib. 7. cap. 15. num. 2. & lib. 9. cap. 12. n. 6. Grassi in decis. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 53. n. 12. quos refert, & sequitur Bonacina d. quæst. ult. punct. 7. §. 4. num. 4.*

9 Sextò amplia, ut possit Episcopus reducere numerum Missarum, & Anniversariorum, non modò quæ præscribuntur in testamentis, & aliis similibus dispositionibus causâ mortis, sed etiam quæ in donationibus, & aliis actibus inter vivos, quòd in utrisque eadem est ratio, ac proinde eadem dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. Ita Monet. d. c. 5. num. 368.*

10 Septimò amplia, ut ex eadem facultate ei à Concilio Trid. attributa possit Episcopus commutare Anniversaria in totidem Missas, *Ugolin. de officio Episcopi, c. 61. n. 1. Monet. d. c. 5. n. 360. & seq.*

11 Declarabis tamen, ut in huiusmodi numero Missarum, seu Anniversariorum, qui remanet, facienda semper sit commemoratio eorum defunctorum, qui pro suarum animarum salute legata illa ad pios usus reliquerunt, ut expressè cavetur à Concilio Trid. *d. c. 4. in fine, Monet. d. cap. 5. num. 375. cui quidem commemorationi satisfieri potest, vel in Memento, vel in Collectis, ut ex Ugol. d. cap. 61. num. 1. dicit Monet. d. c. 5. num. 366.*

12 Limita primò suprà positam resolutionem habentem Prælatos, ut supra, posse Missas reducere, & ad minorem numerum revocare, non procedere in Missis in fundatione Ecclesiæ impositis, cum in his Episcopus, ac prædicti alii dispensare nequeant, & ita decisum referunt *Monet. in dict. cap. 6. num. 376. Piafec. in praxi nova Episcopali, part. 2. cap. 3. num. 3. Aloy. Ricc. d. resol. 341. à num. 4. Miranda dict. art. 11. conclus. unic. prope finem. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 61. n. 1. Ragul. in vas. Eccles. discipl. cap. ult. de Episcop. quæst. 6. num. 86. Homobon. de exam. eccles. part. 1. tract. 4. cap. 14. q. 129. Diana dict. part. 1. tract. 14. resol. 1. in fine.*

13 Limita secundò in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum numerum Missarum, quia in eo non potest Episcopus ex vi Concilii Missas reducere ad minorem numerum; prædictum enim Concilium videtur tantum agere de Missis ex defuncti dispositione relictis. Ita *sacram. Congregat. decidisse referunt Galet. in margarita casuum conscientia, verb. beneficium, part. 24. col. 2. & verb. Missa, ultim. Nald. verb. Missa, num. 18. Possévin. c. 2. num. 25. quæst. 9. Bonacina dict. §. 2. num. 10. Tottebl. d. c. 9. num. 74. Contra Henriq. lib. 9. cap. 2. num. 6. in commento lit. P. & Miranda d. art. 12.*

14 Limita tertio in Missis particularibus votivis, vel pro defunctis, &c. quæ justis stipendiis sigillatim à particularibus personis petuntur, nisi consensus eorum, quibus illæ debentur, habeatur, quod rarò, vel nunquam accidere solet; nam iustæ causæ Prælati ad idem concedendum non adsumt, quia hoc est contra illud jus naturale id quod nostrum est, sive factò nostro ad alium transferri non potest, *l. id quod, ff. de reg. juris, Nav. conf. 9. n. 9. & conf. 11. n. 1. de celebrat. Miss. in novis, Fraxinell. d. §. 5. n. 3.*

15 Utrum autem, & quando possit Episcopus etiam sine Synodo congregata Missarum numerum minueret? Vide *Navarr. in man. cap. 25. num. 183. Fr. Emman. Barbosa de Episcop. Pars I I.*

in sum. part. 1. cap. 252. concl. 13. in fine, num. 17. Henriq. dict. cap. 22. sub §. 6. Bonacina dict. §. 2. num. 9. ubi contra multos asserit, Episcopum non posse absque Synodi consensu commutare, & moderari Missarum numerum; & hanc partem pluribus defendit novissimè Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, part. 1. lib. 3. c. 7. à num. 12. plures apud Dianam dict. part. 1. tract. 14. resol. 3. Ego tamen cum Navar. citatis locis, quem refert, & sequitur Miranda d. quæst. 41. art. 12. conclus. unic. dicendum puto, posse Episcopos absque consensu Congregationis Synodalis temperare onera dicendi plures Missas in beneficiis, sive Capellaniis sibi subjectis, prout statutum erat iure communi: quoad Abbates, & Generales noviter disponit Concilium dicto loco, exigendo, ut in Capitulis generalibus fiat talis reductio Missarum: quod quidem meritò tenent Perez de Lara de annivers. & Capellaniis lib. 1. cap. 14. num. 9. Monet. d. cap. 5. n. 372. Diana part. 1. tract. 14. resol. 4.

Novissimè *Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardin. Concil. Trid. Interpretum, S. D. N. Urbani Papæ VII. auctoritate sibi specialiter attributa decrevit, ac primò districtè prohibet atque interdicit, ne Episcopi in diocesana Synodo, aut Generales in Capitalis Generalibus vel alias quoquò modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quare diligenter perspecta id statuet, quòd magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.*

Prætereane in Ecclesiis in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores & segniores redduntur, quòd onera huiusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta, statuit, atque decernit, ut pecunia, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus ac locis omnibus, tam Sacularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirèda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis statim deponi debeant penes Adem sacram, vel personam fidei & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimò investiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris quod illis annexum reperitur; ac si eadem bona immobilia auctoritate Apost. deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis, cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc *Sacra Congr. quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, ac Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac priorum locorum, tam Sacularium, quam Regularium Superioribus, vel aliis ad quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum Saculares verò sine Episcopi, vel ejus General. Vicarii, Regulares verò sine Generalis Provincialis consensu, & licetia in scriptis & gratis concedèda, alioquin secularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso, Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetua inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activa, ac passiva absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas verò manuales & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant, alioquin omninò abstineant ab huiusmodi elemosy-*

nis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub eisdem pœnis ipso factò incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur. Episcopus verò, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirent de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesie, Monasterio, aut loco pio incumbentibus, nec antè assensum hujusmodi aut licentiam prabeant, quàm eis legitimè constiterit illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, ut redditus qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omninò respondeant oneribus adjunctis, secundum morem cujusque civitatis, vel Provinciae, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die hujus prætermisii muneris rationem esse reddituros. Hæc in dictis Sacræ Cong. decretis, quæ in Typograph. R. Cameræ Apost. impressa vidi de anno 1615. Super quibus eadem S. Congr. de anno 1626. declaravit: quod eisi, legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra impositi, ab iis ad quos pertinet, Sedes Apost. esset adenda, qua absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino convenire judicaverit. Veruntamen si in ipsa beneficii erectione expressè tantum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum opus reducere ac moderari, legem hanc foundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

ALLEGATIO XXX.

Episcopus Sacramenti Confirmationis minister an proprius sit?

SUMMARIUM.

- 1 Minister Ordinarius Confirmationis est solus Episcopus ordinatus.
- 2 Etiam si excommunicatus, hæreticus, vel degradatus,
- 3 Et non confirmatus.
- 4 Confirmationis sacramentum non potest administrari ab Abbate, nec à simplici Sacerdote, de Episcopi licentia, nisi ex delegatione Summi Pont.
- 5 Abbates ex privilegio Sedis Apost. de consensu Ordinarii sacramentum Confirmationis conferre possunt.
- 6 Papa an possit committere Sacerdoti consecrationem materia hujus Sacramenti?
- 7 Sacramentum Confirmationis utilissimum.
- 8 Baptizati per confirmationem plenè fiunt Christiani.
- 9 Episcopus graviter peccat, si multo tempore negligenter omitteret confirmare.
- 10 Episcopus tenetur Chrismatis tantum conferendi gratiâ ad loca sua diœcesis accedere, ad cuius expensas tunc non obligantur Ecclesiarum Rectores.
- 11 Confirmare debet Episcopus cum Pluviali, Mitra, Stola, & Baculo Pastoralis.
- 12 Episcopus in die feriali, etiam non jejunus, & non jejunis potest hoc Sacramentum administrare.
- 13 Confirmationis sacramentum in Ecclesia, vel loco honesto, aut Palatio Episcopali potest Episcopus conferre.
- 14 Episcopus confirmans in sua diœcesi subditos alterius, à suspensione, & culpa excusatur.
- 15 Confirmare in alterius diœcesi non potest Episcopus suos subditos.
- 16 Episcopus potest in alterius diœcesi sine proprii Episcopi licentia dare subditis suis Tonsuram benedictionem solemnem, & celebrare Missam de Pontificali.
- 17 Episcopus ad Confirmationem admittere debet omnem hominem baptizatum, sive sit infans, sive adultus.
- 18 Adultus tenetur habere intentionem, & accedere ad Confirmationem contritus, vel saltem se putare contritum.
- 19 Episcopus dum administrat, debet esse sine conscientia peccati mortalis, & habere intentionem salutem virtutalem.
- 20 Muti, & surdi possunt Confirmari.
- 21 Amentes licitè possunt Confirmari.
- 22 Forma Confirmationis quæ.
- 23 Confirmandi quare in fronte Chrismate consecrati unguantur.
- 24 Chrismati frons aliquo panno albo circumcingitur, ne recens unctio defluat, aut deleatur.
- 25 Pannus Chrismalis potest iterum super alterum baptizatum, aut Confirmatum imponi.
- 26 Maxilla confirmati quare percutiatur.
- 27 Colaphi omissio non videtur peccatum mortale.
- 28 Confirmationis sacramentum bis conferens, vel suscipiens, an incurram irregularitatem.
- 29 Rebaptizans, & rebaptizatus, accedente culpa, irregulares sunt.
- 30 Confirmationis ex iteratione tam conferentem, quàm accipientem non incurere irregularitatem resolvitur.
- 31 Doctores citantur qui de sacramento Confirmationis tractant.
- 32 Baptizandus sicut susceptores habet ut eum erudiant in Fide, ita Confirmatus, cum in Chrismate conscribatur in pugna, magistro militia eget.
- 33 Susceptores non sunt de essentia Sacramenti, si tamen quis omitteret, peccabit graviter.
- 34 Susceptores in Baptismo non nisi baptizati, & in Confirmatione nisi Chrismate etiam uncti esse debent.
- 35 Fidelis Baptizans, vel confirmans filium infidelis, non contrahit cognationem cum patre vel matre infideli.
- 36 Abbates Monachi non possunt esse patrini, si tamen suscipiant, peccabunt mortaliter, ac spiritualem contrahent cognationem.
- 37 Pœnitentes publici, donec peracta pœnitentia reconcilientur, non possunt esse susceptores.
- 38 Pueri, imò & infantes ipsi, doli capaces sunt, & iudicium sufficiens ad peccandum mortaliter habent, contrahunt hujusmodi cognationem, si factum in Baptismo, vel Confirmatione teneant.
- 39 Patrini potest esse minor baptizato.
- 40 Susceptor unus in Baptismo adhiberi debet, vel ad summum duo, unus scilicet vir, unaque femina.
- 41 Episcopus non potest dispensare ut duo viri, vel dua femina simul suscipiant.
- 42 Viri duo, quorum unus sit procurator viri, & alter mulieris, possunt baptizatum de sacro fonte suscipere.
- 43 Confirmandus an possit habere duos patrinos, sicut in Baptismo.
- 44 Patrinos plures adhibens ultra permisso, peccat mort.
- 45 Patrini plures duobus baptizatum de Baptismo suscipientes, contrahunt omnes cognationem.
- 46 Parentes tenentur patrinos designare, & illis non designantibus, poterunt tunc parochi.
- 47 Contactus requiritur, ita ut eo deficiente, compaternitas non contrahatur.
- 48 Patrini si nulli designentur, & multi simul, tenendo tangerent baptizatum, omnes fierent cognati.
- 49 Cognatio spiritualis an possit contrahi per procuratorem.
- 50 Cognatio contrahitur à mittente, non verò à procuratore.

- 51 Patrinus in Confirmatione debet esse alius ab eo, qui tenuit in Baptismo.
- 52 Unus quando possit in Confirmatione tenere ultra duos eadem die.
- 53 Cognatio spiritualis in Baptismo inter quos contrahatur.
- 54 Cognatio spiritualis in Confirmatione inter quos contrahatur.
- 55 Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrilos.
- 56 Cognatio spiritualis à viro contracta non transfunditur in uxorem.
- 57 Vir, & uxor minimè peccant suscipientes alienum puerum in Baptismo.
- 58 Patrinus potest matrimonium contrahere cum ea, qua simul alienum filium suscipit.



RONTIS Chrismationem, seu Confirmationem, per quam Spiritus sanctus datur ad augmentum, & robur, ut habetur in cap. unic. § per frontis, de sacra Unctione, novissimè Torreblanca in pract. Iuris spiritualis, lib. 2. cap. 6. num. 1.

ad solum pertinere Episcopum, probant text. in cap. Presbyteros, de consecrat. dist. 4. & in cap. quanto, de consuet. quia Actor. cap. 8 & 19. soli Apostoli confirmabant baptizatos ab aliis, quorum Episcopi sunt simpliciter successores, cap. in novò, 12. dist. 1. idè in Trident. Synodo sess. 7. de Sacramento Confirmationis, can. 3. anathemate feriuntur, qui dixerint sanctæ Confirmationis ordinatum ministrum non solum esse Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem. Unde ministrum ordinatum Confirmationis esse solum Episcopum, multis comprobant Covar. var. lib. 1. cap. 10. num. 4. & 6. Navar. in man. cap. 21. n. 8. vers. dixi Episcopus. Durand. in rationali divin. lib. 5. c. 84. n. 1. Alphons. Alvarez in speculo juris Pontificii, tit. de Confirmat. pag. mihi 179. Cardin. Bellarm. controvers. tom. 2. lib. 2. c. 12. Cardos. in praxi Iudicum, verb. Sacramentum Confirmationis, num. 8. Cardin. Bellarm. lib. de Confirmat. c. 12. Suar. de Sacram. disp. 36. Zambran. de casibus in art. mortis, c. 2. dub. 2. Henriq. in sum. lib. 3. de Confirmat. cap. 6. §. 1. Pialec. in praxi nova Episcop. p. 1. cap. 3. de Confirmat. num. 1. Charmer. de Sacramentis tract. de Confirm. c. 5. de ministro Confirmat. Iodoc. Cocc. tom. 2. sui thesauri Catholici, lib. 5. art. ult. Ægid. de Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 72. n. 97. & 105. Balduin. jun. super opera controvers. Bellarmi. n. 2. lib. 2. cap. 6. propè fin. vers. Catholici omnes, Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 4. num. 110. Filiuc. quest. moral. tom. 1. tract. 3. num. 13. Ugolin. de potestate Episcopi cap. 15. num. 2. me citato in hoc loco, Alzed. de praxellent. Episcop. dignit. p. 2. cap. 4. num. 1. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 44. art. 1. concl. unic. in fine. Bonacina de Sacrament. disput. 3. quest. unic. puncto 2. n. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 738. n. 38. Anguian. de legibus lib. 2. contrav. 1. n. 69. & Valent. tom. 4. disput. 5. q. 2. puncto 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. cap. 4. Rota impressa per Postium post suum tract. mandati de manutenendo, decis. 60. n. 11.

Qui quidem validè administrat, quamvis excommunicatus, hæreticus, vel degradatus, quia per hæresim, vel excommunicationem, vel degradationem non amittit characterem, in quo datur potestas confirmandi: tum quia sicut potest Ordines validè conferre, ut suo loco diximus, ita & poterit Sacramentum Confirmationis, Emman. Sà verb. Confirmatio, circa finem, Henriq. d. cap. 6. num. 2. Suar. tom. 3. disp. 36. sect. 3. vers. dicendum est ergo, Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 20. Bonacin. d. punct. 2. num. 7. Torreblanca d. cap. 6. num. 14. Mar. Alter. de

consur. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dist. 8. ubi contrariis benè responderet.

Sic etiam validè confirmat, quamvis non sit confirmatus: nam cum habeat characterem Ordinis Episcopalis, in quo fundatur potestas confirmandi, validè confert huiusmodi Sacramentum, Bonacina d. puncto 2. num. 10. post Henriq. & Suar. tenet Zambran. de casibus in art. mortis, cap. 2. dub. 2. num. 2. ubi etiam quod tunc peccat, non tamen mort. quia nullibi reperitur præceptum obligans sub mortali. Et cognitionem contrahit, quia verum Sacramentum confert, suscipiens verò non confirmatus, illam non contrahit, cum non sit verus susceptor. Sanch. de Matrim. lib. 6. disput. 70. num. 21. & faciunt quæ infra num. 32.

Confirmationis Sacramentum ita est actus Ordinis Episcopalis, ut non possit administrari ab Abbate etiam consecrato, qui non sit Episcopus, nec à simplici Sacerdote de Episcopi licentia, nisi tantum ex delegatione Summi Pontificis, ut probat expressè text. in cap. pervenit, 95. dist. ubi Greg. I. concedit, ut ubi absunt Episcopi, Presbyteri confirmet, cujus text. argumento Sacramentum Confirmationis ex delegatione, seu privilegio Pontificis Presbyteros conficere posse observant D. Thom. in 3. p. quest. 72. art. 11. ubi Nugn. dub. 2. Coninch. num. 97. & 105. Covar. d. cap. 10. num. 6. & 14. Victor. de Sacrament. num. 49. Angel. in florib. Theolog. tit. de Confirmat. art. 8. conclus. 3. Cardin. Bellarm. de Confirmat. c. 12. Navar. dict. num. 8. & consil. 14. num. 2. de privileg. in novis, Henriq. d. cap. 6. §. 4. & lib. 1. cap. 26. §. 5. litt. G, & lib. 10. c. 23. §. 1. Iodoc. Cocc. in thesauro Catholico, tom. 2. lib. 5. art. ultim. Alphons. Alvarez dict. loco, Iacob. de Graffis in decis. aureis, part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. & 30. & tom. 1. consil. tit. de sacra Unctione, cons. 1. num. 5. cum seqq. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. Confirmat. cap. 9. Francisc. de Pitigianis dist. 7. quest. 1. art. 5. 10. & 13. Tolet. in sum. lib. 2. cap. 24. num. 5. Valent. tom. 4. disput. 5. q. 2. puncto 1. Vasquez part. 3. quest. 72. art. 3. disp. 219. cap. 1. num. 3. Cardoso d. verb. Sacramentum Confirmationis, num. 8. Reginald. d. lib. 28. cap. 4. num. 18. Ugolin. dict. cap. 14. num. 3. Vivald. in candelabro aureo, tit. de Confirmat. cap. 4. num. 5. Pialec. in praxi nova Episcop. dict. n. 1. in fine, Balduin. jun. super opera controversa Bellarm. part. 1. lib. 2. cap. 6. propè finem, vers. Catholici omnes, Suar. tom. 3. disput. 36. sect. 4. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 18. art. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. quest. 4. vers. in primis, Charmer. d. c. 5. in fine, Miranda dict. quest. 24. art. 4. Cardin. Cæsar. Baron. annalium Ecclesi. tom. 8. anno Christi 594. pag. 54. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. n. 17. cum seqq. Bonac. d. puncto 2. num. 3. vers. dixi, Torreblanca d. cap. 6. num. 26. Monet. d. cap. 4. n. 110. Pineda in monarch. Eccles. p. 2. tom. 2. lib. 12. cap. 1. §. 2. Alzed. d. cap. 4. num. 2. Filiuc. dict. tract. 3. num. 13. & 26. ubi num. 27. quod inferior Sacerdote nec etiam ex dispensatione Papæ potest esse minister huius Sacramenti. Quam quidem principalem resolutionem non obscure innuit Concil. Trident. sess. 7. de Confirmat. can. 3. dum inquit, Ordinarium huius Sacramenti ministrum esse Episcopum, hinc significans non esse inconveniens, quod non Episcopi ex Pontificis Maximi permissione extraordinarii, seu delegati fiant ministri, novissimè me citato in hoc loco, Ioan. de Solorzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 1. cap. 18. num. 34. Anguian. d. loco, † Vnde Abbates ex privilegio Sedis Apost. de consensu Ordinarii Sacramentum Confirmationis conferre posse decisum refert Armendariz in addit. ad recop. legum Navarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 77. Et privilegio summorum Pontificum Patribus Societatis Iesu, atque Minoritis apud Indos commo-

- rantibus concessam administrationem hujus Sacramenti, post Felician. & alios refert Henriq. d. lib. 9. c. 27. §. 6. ad fin. juncta lit. H.
- 6 Sed majus dubium est, an possit Papa committere Sacerdoti consecrationem materię hujus Sacramenti? (quę est Chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo per Episcopum benedicto, cap. unic. §. ad exhibendum, de sacram. unct.) Multi contendunt, posse Summum Pontif. hujusmodi consecrationem materię committere Sacerdoti, quia forma consecrandi Chrisma, & alia Sacramentalia commissa fuit dispositioni Ecclesię, & decreta prohibent hunc actum Sacerdoti, sed non irritant. Verum consuetudo Ecclesię probat id benedicere esse proprium Ordinis Episcopalis. Vide tamen Henriq. lib. 3. cap. 2. §. 2. & cap. 7. §. 4. Chamerot. d. tract. 3. de Confirmat. cap. 5. in fine, & cap. 2. dub. 5. Barthol. ab Angelo dial. 3. §. 12. & 13. Alzedo d. part. 2. cap. 4. n. 7. & 8. ac alios apud Bonacinam dict. quest. unica, puncto 2. n. 4. Cardof. d. verb. sacram. Confirmationis, num. 8. Gregor. de Valent. tom. 4. disp. 5. q. 1. punct. 2. Valer. Reginald. d. lib. 28. c. 2. n. 8. ubi dicit rem esse, quę definitionem Ecclesię requirere videtur, me citato in hoc loco, Diana d. p. 3. tr. 4. resol. 23. in fine.
- Confirmationis Chrisma ex qua materia, & quomodo conficiendum? dixi infra alleg. 31. n. 2. 3. 4. & 5.
- 7 Cum sacramentum Confirmationis sit aded utilissimum, ut sancti Doctores dicant certo modo non esse perfectę Christianum, qui non est confirmatus, Concil. Aurelian. can. 3. cap. omnes fideles, de consec. dist. 5. & quia in eo descendit septiformis gratia Spiritus sancti, cum omni plenitudine sanctitatis, scientię, & virtutis, & anima majorem perfectionem, & gratiam recipit, D. Thom. in 3. part. quest. 72. art. 15. † Licet regulariter loquendo necessitas non sit, est tamen complementum baptismi; per illud enim baptizatos plenę fieri Christianos dicit Urban. Pontif. in princ. de consec. dist. 5. & alii Sancti Patres, quos refert Henriq. d. lib. 3. cap. 1. §. 2. juncta lit. H. & juxta sanum sensum contra Hæreticos bene explicat Suarez tom. 2. disputat. 34. sect. 2. non quod prima gratia per Confirmationis Sacramentum conferatur, & ante Confirmationem Baptismus culpam originalem non remittat, qui est perversus Raymundi Lupi error; sed quia per Confirmationem Baptismatis gratia roboratur, & confirmatur ad benę operandum, constanterque credendum, & fidem Christianam firmiter constituendum. Unde ex præcepto teneri adultos Confirmationem sumere docere videntur Petr. Sot. lect. 2. de Confirmat. Philipp. Gamach. in sum. Theolog. tom. 3. quest. 69. cap. 9. quicquid aliter sentiant citati à Diana moral. resol. p. 5. tract. 3. resol. 30. † Peccat igitur Episcopus graviter, si multo tempore negligenter ommitteret Confirmare. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 4. Suar. super 3. part. D. Thom. quest. 71. artic. 2. disputat. 38. sect. 1. quos refert, & sequitur Marc. Anton. Genuens. in man. Pastorum, c. 54. num. 2. quibus addo Reginald. d. lib. 28. num. 29. & Alzedo d. part. 2. c. 4. n. 20. † Et tenetur Chrismatis tantum conferendi gratia ad loca suę diocesis accedere, & tunc laici, vel Ecclesiarum Rectores ad illius expensas non obligantur, ut refert decisum Armendariz d. l. 7. de Episcopis, in declar. n. 77.
- 11 Cum Pluvia, Mitra, Stola, & Baculo Pastoralis esse confirmandum respondit Sacra Congreg. Episcopo suffraganeo Brixien. 19. Februarii 1585. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 2. c. 4. n. 23.
- 12 In die feriali, etiam post meridiem potest Episcopus, quamvis non jejunus, hujusmodi Sacramentum administrare, nec etiam necesse est suscipientem esse jejunum, cum hoc nulla lege præscriptum repe-

riatur; nam solum consulitur in cap. ut jejuni, de consecrat. dist. 5. Ita Sylvest. verb. Confirmatio, q. unic. Chamerot. d. cap. 7. dub. 3. in fin. Henriq. d. cap. 6. §. 7. & cap. 5 § 6 Bonac. d. puncto 2. n. 14. vers. secundò, & tempore interdicti non prohibetur Confirmare, ut dicam alleg. seq. 19.

In Ecclesia Confirmationis Sacramentum esse conferendum asserit Nugn. in 3. part. D. Thom. quest. 72. art. 12. circa finem, vers. secundum ritus, & peccatum mortale esse extra illam confirmare, sicut, & solemniter baptizare, cum fiat contra universalem Ecclesię consuetudinem in re gravi. Attamen Episcopus non teneri in Ecclesia confirmare; imò & extra illam, in loco scilicet honesto, vel palatio Episcopali Confirmationem posse conferre, tenent Henriquez d. cap. 6. §. 7. in fine, Chamerota d. dub. 3. Alzedo d. part. 2. cap. 2. numer. 3. in princ. Bonacina d. puncto 2. numero 15. ubi asserit turius esse consuetudinem observare, quam quidem existimant receptam non esse cum tanto onere, ut reum lethalis culpę constituat Episcopum alio in loco Confirmantem.

Subditos alterius Episcopi nullus potest in sua diocesi confirmare. Tolet. instruct. Sacerd. lib. 2. c. 14. num. 5. Aloyf. Ric. in praxi aurea, resol. 24. Marchin. de sacram. Ordinis, tract. 1. part. 5. cap. 5. num. 7. Ugo. lin. de offic. Episcopi cap. 25. §. 3. num. 3. & si aliter faciat, suspensionem incurrere testantur Vivald. sub d. tit. de confirm. c. 4. num. 8. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. de sacram. Confirmat. cap. 9. vers. septima conclusio, Barthol. ab Angelo d. dial. 3. §. 62. quos refert, & sequitur Bonacina d. puncto 2. nu. 11. verum confirmando non suos subditos, minime fieri irregularem dicit Chamerota d. dub. 3. Ego tamen verius existimo, Episcopum confirmando in sua diocesi subditum alterius, à suspensione, & culpa excusari, cum præsumendum sit hoc ratum, & gratum fore proprio Episcopo, præcipue quando est absens, vel non ministrat hoc Sacramentum. Ita Alzed. d. part. 2. cap. 4. num. 21. Sà verb. Confirmatio, num. 2. Henriq. d. cap. 6 § 6. Zambran. de cas. in art. mortis, cap. 2. dub. 2. num. 2. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 54. num. 7. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 5. n. 3. Tanner. in 3. part. D. Thom. disp. 4. quest. 4. dub. 3. n. 16. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 50. Vel confirmat aliquem afferentem dimissorias sui Episcopi ut ordinetur, quia qui concedit finem, concedit necessaria ad finem talem, Zambran. de casib. occurrentib. in artic. mortis, cap. 2. dub. 2. num. 3. Layman. d. lib. 5. tract. 2. c. 6. num. 2. Diana moral. resol. part. 3. tr. 4. resol. 24.

In alterius verò diocesi non potest Episcopus confirmare suos subditos, vel Pontificales actus exercere absque licentia Episcopi, in cujus diocesi reperitur, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium. Ita Concil. Trid. sess. 6. de reform. cap. 5. tenent Sà ubi supra, num. 3. Reginald. d. lib. 28. n. 21. Bonacina d. puncto 2. num. 12. dicit decisum Armend. in addit. ad recop. legum. Navar. lib. 1. tit. 18. l. 7. n. 68. & affirmat Henriq. d. §. 6. † Possit Episcopum in alterius diocesi sine proprii Episcopi licentia dare subditis suis Tonsuram, benedictionem solemnem, & celebrare Missam de Pontificali; quia hi actus non pertinent ad jurisdictionem contentiosam cum strepitu judicii, de quibus Alzed. d. part. 1. cap. 13. n. 88. Quoad clericalem Tonsuram tantum ejus resolutionem non admitto, ex dictis supra alleg. 6. num. 15.

Episcopus debet ad Confirmationem admittere omnem hominem baptizatum, sive sit infans, sive adultus, cap. omnes fideles, de consecrat. dist. 5. D. Thom. dict. quest. 72. art. 8. ubi Nugn. & Pisant. Navar.

Navarr. in manual. cap. 22. num. 8. Valent. tom. 4. disp. 5. quest. 2. punct. 2. Chamerota dict. tract. de confirmatione. cap. 6. dub. 2. Henriq. dict. lib. 3. c. 5. §. 1. & 2. Bonacin. dict. disput. 3. quest. unic. puncto 4. num. 4. Cardos. d. verb. Sacram. Confirmationis, num. 4. Batth. ab Angelo d. dialog. 3. §. 19. Reginald. dict. lib. 28. num. 22. & 23. ubi quod Baptismo carens non est capax Confirmationis. Utrum autem possit ordinari qui non sit confirmatus? Dixi supra alleg. 11. post num. 6. Olim confirmabantur infantes ante usum rationis, quia nihil prohibebat dum essent infantes sum re arma, ut cum adolevisent, possent pugnare, quia susceptor pro eo profiteretur, sicut in baptismo. Unde confirmare infantes non prohibitum etiam sine causa, Hurtado de Sacrament. Confirmat. diff. 10. Granado de Sacram. in 2. part. controuv. 5. tract. 2. disp. 1. num. 10. novissime Diana moral. resol. p. 5. tr. 3. resol. 31. in fine. Magis his nostris temporibus expedit, ut puer confirmetur illucescente rationis usu, scilicet post septennium, quando gratia Sacramenti uti potest, & confiteri Fidem, & meminisse admonitionis, & alape, & ne per incuriam iterum confirmetur, Victor. de Sacram. num. 48. Henriq. dict. lib. 3. cap. 5. §. 1. Petr. de Ledema d. cap. 7. vers. quinta conclusio, Chamerota d. cap. 6. dub. 3. Reginald. d. lib. 28. num. 23. vers. tertia, Bonacina ubi proximè, num. 5. Mar. Ant. Genuens. d. cap. 54. n. 3. ubi arbitratur cum, hodie malicia multum creverit, & omnes confirmati describantur, posse puerum trium annorum confirmari, Layman. in sum. lib. 5. tract. 3. cap. 5. n. 2. Villalob. in sum. 1. p. tract. 6. diff. 6. n. 1. Diana moral. resol. part. 3. tract. 4. resol. 19. Zambran. de casib. in art. mortis, c. 2. dub. 5. n. 2. ubi ait non expedire, ut pueri communiter confirmentur ante septennium, nisi ante habeant usum rationis, me citato in hoc loco, Torreblanca d. cap. 6. n. 31.

Nihilominus tamen in infante rationis usum non habente, cui Sacramentum Confirmationis conferatur, loco dispositionis sufficit voluntas Christi, & Ecclesie; adultus verò tenetur habere intentionem, ut in baptismo, & accedere contritus, vel saltem se putare contritum, licet autem non sit præceptum de Confessione præmittenda, quia in cap. jejuni, de consecrat. distinct. 5. dicitur, ut admoneatur, non autem præcipit: debet tamen esse in gratia, vel putare se esse in gratia, de quo Episcopus adultos præmonere debet antequam ministret. Ita Chamerot. dict. cap. 6. dub. 1. plures quos refert, & sequitur Bonacina dict. puncto 4. num. 7. Zambran. de casib. in art. mortis, c. 2. dub. 5. n. 5. Navarr. de pœnitent. distinct. 5. in princ. part. 2. in glos. num. 26. Henriq. dict. c. 5. §. 6. ubi etiam asserit, quod si adultus recipiat cum peccato Confirmationem, reviviscit semper effectus quantum ad Sacramentalem gratiam auxilii, & augmentum gratiæ quod fuit impeditum, redditur remoto obice, & §. 8. resolvit Episcopum dum administrat debere esse sine conscientia peccati mortalis, & habere intentionem saltem virtuale.

Muti, & surdi possunt confirmari; quamvis enim ore non possint, vita tamen & opere valent Fidem profiteri, Chamerot d. cap. 6. dub. 3. Amenæ quoque, si habent dilucida intervalla, vel ante amensiam petierunt, possunt licite confirmari, etiam si in mortis articulo existant, imò etiam si sint perpetuo amens, quia de illis est idem iudicium, quod de infantibus Chamer. d. c. 6. dub. 3. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 54. num. 4. Henriq. d. c. 6. §. 3. Bonacina d. puncto 4. num. 6. Zambran. de casibus tempore mortis c. 2. dub. 5. num. 3. Villal. in sum. tom. 1. tract. 6. disp. 6. num. 2. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. c. 5. n. 3. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tr. 3. c. 2. n. 38. Diana d. p. 3. tr. 4. resol. 10.

Forma Confirmationis sunt verba: *Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Referunt Card. d. verb. Sacram. Confirmationis, n. 3. Valer. Reginald. d. lib. 28. cap. 3. Diana d. p. 3. tract. 4. resol. 27. Valent. tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 3. Catechismi Pii V. p. 2. cap. 3. n. 10. Torreblanca d. cap. 6. n. 22. Quæ quidem expressio Sanctissimæ Trinitatis est facienda de necessitate Sacramenti; nam si verba prædicta quoad sensum substantialem variantur, non valide conficietur Confirmationis Sacramentum. Ita D. Thom. d. quest. 72. art. 4. ubi Pelant. Emman. Sà verb. Confirmatio, num. 10. Petr. de Ledema in sum. part. 1. de Sacrament. Confirm. cap. 3. vers. tertia conclusio. Barth. ab Angelo d. dialogo 3. §. 17. Henriq. dict. lib. 3. cap. 2. §. 4. Chamerot. d. tract. de Confirmat. cap. 7. dub. 1. Bonacina dict. quest. unica, puncto 3. à num. 7. Filliuc. dict. tract. 3. cap. 1. n. 20. Et cum prolatione eorum verborum debet insimul concurrere unctio; nam si minister prius ungat, & postea proferat, verba, aut prius proferat verba, & postea ungat, non fit Sacramentum, sicut in Baptismo, & extrema Unctione; quoniam semper verba debent concurrere simul cum Unctione Navarr. in man. cap. 22. num. 7. vers. septimo, Barthol. ab Angelo d. dial. 3. §. 14. Cardos. d. verb. Sacram. Confirmationis, n. 3.

Unctio in fronte confirmandi Chrismate consecrato, ad indicandum hujus Sacramenti effectum, qui est gratia collata ad audacter confitendum Christi nomen; cum enim frons sit sedes verecundiæ, par est ut Confirmandus in fronte inungatur, ut sine rubore, & verecundia Christi nomen confiteatur; & ideo de necessitate hujus Sacramenti est in forma Crucis fieri unctionem in fronte, Henriq. d. lib. 3. cap. 2. §. 3. Marc. Anton. Genuens. d. c. 54. n. 8. Bonacin. d. quest. unica, puncto 3. num. 8. Chrismate frons aliquo panno albo circumcingitur, ne recens unctio defluat, aut deleatur, & septima die deponitur, & in Concil. Belvacen. relato in cap. si quis voluerit. 21. de consecrat. dist. 4. dicitur, quod pannus Chrismalis, quo caput pueri in fronte per Episcopum, vel in vertice per Presbyterum circumcingitur, potest iterum super alium Chrismatum, aut baptizatum imponi: refert Durand. in rationali divin. lib. 6. c. 84. n. 9.

Advertit Diana d. p. 3. tract. 4. resol. 12. vers. notandum, non solum necessarium esse necessitate præcepti quod unctio Confirmationis fiat manu immediate confirmantis in fronte sub signo Crucis, sed etiam necessarium esse necessitate Sacramenti. Item certum est, obligari Episcopum sub præcepto ungere immediate dextero pollice, quia ita præcipit Pontificale. Ita Zambran. de casibus occurrent. tempore mortis, cap. 2. dub. 1. num. 1. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 2. n. 5. Unde Confirmationis Sacramentum immediate manu Episcopi esse conferendum, itaut sit nullum si conferatur medio alio instrumento, resolvunt Layman. d. n. 5. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. cap. 2. num. 20. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 17. Diana d. tract. 4. resol. 28. Quamvis Fernandez de Heredia in disputat. de Sacramento Confirmat. diff. 5. p. 5. dub. unic. num. 2. existimaverit, non pertinere ad necessitatem Sacramenti, quod unctio fiat pollice dextero, vel sinistro, vel alio digito, vel quovis alio instrumento, si ve conjuncto, si ve separato, &c.

Percutitur maxilla confirmandi in signum, confirmatum forti, & invicto animo debere ferre pericula imminencia propter fidem, & recordetur se hoc Sacramento semel initiatum esse, ne iterum ad illud audeat accedere, Durand. dict. cap. 84. num. 6. Barthol. ab Angelo, d. dialogo 3. §. 34. Chamerota d. tract.

342 De officio, & potestate Episcopi.

de Confirmat. cap. 7. dub. 4. plures alios refert Bonac. d. 27. *quest. unica. puncto 4. num. 9.* ubi etiam resolyit ꝛ omissionem alapæ non videri peccatum mortale: idem tenet Zambran. d. cap. 2. dub. ultim. num. 1. ubi subdit etiam nullum esse peccatum mortale omittere cereum.

28 Quæstio est, utrum is, qui bis Sacramentum Confirmationis contulerit, vel susceperit, irregularitatem incurrat? In qua quæst. glos. in cap. dictum, de consecratione dist. 5. censet irregularitatem contrahere, sequuntur Navarr. in manual. cap. 27. n. 247. D. Antonin. part. 3. tit. 28. c. 6. Albert. Trot. de vero, & perfecto Clerico, lib. 2. c. 14. req. 9. in princ. Majol. de irregular. lib. 3. cap. 15. qui omnes id probari censent in dict. cap. dictum, quò loci apertissima est decisio, sacramentum Baptismi, & Confirmationis iterari prohibens, pœnam debitam transgressoribus imponens: unde cum ibi æqualiter prohibeatur Baptismi, &

29 Confirmationis Sacramentum iterari, & ꝛ iteratio Baptismi accedente culpa faciat irregularem rebaptizantem, & rebaptizatum, cap. confirmandum, 50. dist. cap. qui in qualibet, 1. quæst. 7. cap. ex litterarum, de apost. Navar. d. cap. 27. num. 246. Covarr. in Clementin. si furiosus, part. 1. in princip. num. 8. Majol. dict. lib. 3. cap. 12. Vict. de Baptismo, num. 31. & 36. Vival. in candel. aureo, tit. de Baptismo, à num. 45. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 15. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. irregularitas, §. 11. Cened. ad Decretum, collect. 3. num. 4. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. irregularitas, §. 11. Bonacina de censuris disp. 7. quæst. 3. punct. 3. n. 1. Chamerot. tract. 2. de Baptismo, dub. 8. pag. 71. Valer. Reginald. in praxi fori Pœnit. lib. 30. num. 173. & seq. optimè Ægid. de Coninch. de Sacrament. & censur. tom. 2. disput. 18. dub. 5. à num. 34. igitur mirum non est, si quoad irregularitatem eadem fiat æquiparatio.

30 Verùm contrariam sententiam, videlicet ex iteratione Confirmationis, tam conferentem, quàm accipientem non contrahere irregularitatem, tenuerunt Covarr. dict. num. 8. Valent. tom. 4. disput. 5. q. 1. puncto 4. vers. fin. & disput. 7. quæst. 19. puncto 3. ad fin. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 4. §. 5. in med. Suar. de censur. disputat. 42. sect. 4. num. 6. Avila eod. tract. part. 7. disput. ... dub. 5. Bonac. dict. punct. 3. num. 8. Salzed. ad Bernard. d. cap. 15. lit. B, Zambran. dict. cap. 2. dub. 3. num. 4. ubi expressè tenet, quod iterans etiam ex malitia Confirmationem, non incurrit aliquam censuram, vel irregularitatem, licet peccet mortaliter, & gravissimè. Nec obstat inductio text. in d. cap. dictum, quia licet ibi sacramentum Baptismi, & Confirmationis iterari prohibeatur, non tamen inde sequitur, quod eadem pœna irregularitatis, quæ Baptismum repetenti infligitur, imponatur Confirmationem iteranti, cum argumentum à simili non valeat in pœnis, præsertim in irregularitate, quæ non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, cap. is qui, de sentent. excomm. lib. 6.

31 Cætera de sacramento Confirmationis, & omnia quæ in hac materia desiderari possunt, tractarunt Theologi cum Magist. in 4. distinct. 7. D. Thom. part. 3. quæst. 72. Sylvest. Angel. Tabien. & alii Summistæ verb. Confirmatio, Petr. Sot. de instit. Sacerd. verb. Confirmatio, in duplici lect. Covarr. lib. 1. var. cap. 10. Navar. in man. cap. 22. à n. 8. Angl. in florib. Theologicis, part. 1. tit. de Confirmat. Marc. Anton. Cuch. lib. 5. instit. major. tit. 3. de Confirm. Petr. Gregor. syntagm. Iuris lib. 2. cap. 15. Durant. in rationali Divin. lib. 6. cap. 84. Alphons. Alvarez in speculo Iuris Pontificii, c. 50. tit. de Confirmat. pag. 279. Ioan. Maldonat. in tract. de Confirmat. Galganet. de Iure publico, lib. 3. tit. 86. Fernandez in examine Theologia moralis, part. 2. cap. 3. Molfel. in sum. moralis Theologia, tract. 4. cap. 2. Filiuc.

quest. moral. tom. 1. tract. 3. Vivald. in candel. aureo, tit. de Confirmat. Majol. lib. 4. de irregular. cap. 12. Card. Bellarmin. lib. unic. de sacrament. Confirmat. Henriq. in sum. lib. 3. de Confirm. Suar. de Sacrament. disp. 32. cum sequentib. Barthol. ab Angelo in Examine Confess. dialogo 3. Petr. de Ledesm. in sum. part. 1. de sacrament. Confirmat. Marc. Anton. Genuens. in manuali Pastorum, cap. 54. Chamerota de septem Ecclesia Sacram. tract. 3. de Confirmat. Ægid. de Coninch. de Sacram. 9. 72. Fernandez de Heredia in disput. mix. ubi de sacram. Confess. Zambran. de casibus occurrentibus in articulo mortis, c. 2. de Confirmat. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Chrisma, Cardol. in praxi judic. verb. sacramentum Confirmat. Piafec. in simili praxi Episcop. p. 1. c. 3. de Confirmat. Bonacina de Sacrament. disp. 3. Valer. Reginald. in praxi fori Pœnit. lib. 28. Ugolin. de potest. Episcop. c. 26. Torreblanca in pract. Jur. spiritualis, lib. 2. c. 6. per tot.

Sicut qui baptizatur susceptores habet ad eum erudiendum in fide, cap. vos ante omnia, de consecrat. dist. 4. ex D. Augustino serm. 215. de temp. ita confirmandus cum in Chrismate conscribatur in pugna, magistro militiæ eget; nam si qui gladiatoriam dimicationem subeunt, aliquo indigent, cujus ope, & consilio ducantur, ut ictibus ac petitionibus, salvis ipsis, conficere adversarium possint: quò magis fideles cum sacramento Confirmationis, quasi firmis armis tecti, ac muniti in spirituale certamen, cui æterna salus proposita est, descendunt, duce ac monitore indigebunt: Hæc in Catechismo Concilii Trident. ad Parochos. Obligationem autem instruendi confirmatum non contrahit patrinus, quia iure statutum non reperitur, sicut in patrino Baptismi, Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. c. 6. n. 1. Diana d. p. 3. tract. 4. resol. 21. in princ.

Hujusmodi tamen susceptores non sunt de essentia Sacramenti, Sot. in 4. distinct. 7. quæst. unic. art. 20. & ultim. Sylvest. verb. Confirmatio, quæst. unic. Cardol. d. verb. Sacram. Confirmationis, num. 6. peccaret tamen si quis suscipere eos omitteret, Chamerot. d. tract. de Confirmation cap. 7. dub. 2. in princip. Est enim obligatio sub mortali adhibendi patrinum in Confirmatione; unde peccabit mortaliter tam confirmatus quàm confirmans, si id omittatur, nisi ignorantia excuset, Petr. de Ledesma d. tr. de Confirmat. c. ult. concl. 2. Zambran. de casibus in art. mortis, c. 2. dub. 6. num. 2.

Diligenter semper fuit observatum, ne puerum de fonte susciperet, nisi qui baptizatus esset, neque in sacramento Confirmationis, nisi Chrismate etiam unctus; quò adeo verum est, ut si non baptizatus, vel non confirmatus teneat, invalidè fiat, hoc est, nulla inde contrahatur cognatio; quia sicut ad carnalem cognationem inter aliquos desideratur processio utriusque ab eodem stipite secundum carnalem propagationem; ita ad spiritualem exigitur processio utriusque ab eodem stipite nempe Christo, secundum spiritualem regenerationem, mediante visibili sacramento Baptismi: tum quia cum cognatio hæc sit ex mero Ecclesiæ instituto, nequit ab infidelibus contrahi, utpote qui Ecclesiæ legibus minimè subduntur. Ita probat text. in cap. in baptisate, de consecrat. distinct. 4. & resolvunt Navarr. in manual. cap. 22. n. 36. & conf. 3. num. 1. sub tit. de Baptismo, in 1. edit. & consil. 1. num. 1. de cognation. spirit. in 2. edit. plures refert DD. Sanch. de marr. lib. 7. disp. 60 num. 7. & 20. quibus adde Zambran. d. cap. 2. dub. 6. num. 3. Rebell. de obligation. justit. p. 2. lib. 3. q. 6. n. 6. & 7. Henriq. in sum. lib. 12. c. 3. §. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 21. n. 157. Coninch. de Sacrament. & censur. tom. 2. disput. 32. n. 15. Fr. Basil. Pont. de impedimentis matrim. cap. 24. §. 1. vers. illud tamen, Bonacina

Bonacina de magno Matrimonii sacramento, quest. 5. punto 5. §. 2. n. 19. Ioan. Sanch. in selectis disputat. disp. 40. n. 14. §. 18. ubi num. 15. subdit catechumenum esse etiam cognationis spiritualis incapacem, & n. 16. extendit, ut nec etiam quamvis postea baptizetur, contrahant infidelis, & catechumenus cognationem spiritualem cum baptizato. Diana d. part. 3. sr. 4. resol. 21. vers. secundò, ubi resol. 26. tenet quod confirmatus suscipiens in confirmatione puerum, non contrahit cum illo ejusque parentibus cognationem spiritualem.

35 Hinc resolventes fidelem baptizantem, vel confirmantem filium infidelis non contrahere cognationem cum patre, vel matre infideli; nam infidelis illam non contrahit: ergo nec illam contrahit fidelis; cognatio enim est veluti quædam relatio, quæ non ponitur in uno subjecto, nisi adsit terminus illius; infidelis autem non est terminus hujus relationis: hæreticus tamen cum baptizatus, & subjectus sit Ecclesiæ, suscipiendo, vel baptizando, cognationem contrahit, Sanch. d. disp. 60. n. 2. Bonacin. d. §. 2. n. 22. Reginald. d. lib. 3. n. 157. Possévin. de offic. Cur. c. 6. n. 27. latè Anton. Ricciul. de jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. c. 4.

36 Exclusi etiam ab eo munere sunt Abbates, & Monachi, quia præcipitur ne commatres spirituales habeant, in Concil. Antiodorensi cap. 15. relato in cap. non liceat, de Consecrat. distinct. 4. dummodò qui confirmantur non sint etiam Religiosi: quia tamen in illo text. nullum est verbum irritans factum, veri susceptores etunt, & subinde contrahent spiritualem cognationem, quamvis peccent mortaliter suscipiendo contra prohibitionem sibi impositam. Ita Galleg. de cognat. spirit. cap. 9. in fine, & multi, quos refert, & sequitur Sanch. d. disput. 60. num. 21. Quibus addo Possévin. d. cap. 6. num. 27. vers. secundò. Gallet. in margarita casuum conscient. verb. Religiosus, pag. 225. in fine, Rebëll. dist. quest. 6. num. 10. Reginald. dist. lib. 3. n. 157. vers. quartò. Bonacina dist. §. 2. n. 13. Fr. Basil. Pont. ubi proximè, vers. exclusi, ubi subdit & pœnitentes publicos, donec peracta pœnitentia reconcilientur, repullos esse à susceptione in Concil. Paris. lib. 1. cap. 54. quamvis ipse ibi malè existimet, prædictos omnes, si fortè susciperent, nullam contrahere cognationem.

38 Pueri cujuscumque ætatis possunt esse susceptores legitimi, & contrahunt cognationem suscipiendo, modò habeant usum rationis; imò & ipsi infantes, qui doli capaces sunt intra primum septennium, & judicium sufficiens ad peccandum mortaliter habentes, si quos in Baptismo vel Confirmatione teneant, cum eisdem spiritualem cognationem contrahunt. Ita Henriq. d. lib. 1. c. 11. §. 2. ad finem. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. tract. de sacrament. Matrim. cap. 17. concl. 7. dub. 3. Sayr. in floribus decision. sub tit. de cognatione spirituali, decis. 1. Possévin. d. cap. 6. n. 29. Sanchez dist. lib. 7. disput. 61. num. 4. Bonacin. d. et. §. 2. n. 17. † Nec refert an patrinus sit minor baptizato, quia non requiritur ut sit major, Petr. de Ledesma d. concl. 7. dub. 2. Sayr. sub d. tit. de cognation. spiritual. decis. 3. Contra Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1224. in fine.

40 At de susceptorum numero institutum fuit, ut unus tantum esset, Leo I. in cap. non plures, de consecrat. dist. 4. & in cap. ultim. de cognat. spirit. in 6. & in Concil. Moguntino sub Paulo III. statutum fuit, ut non plures quam unus patrinus adhiberetur, quia ex impedimentis cognationum spiritualium pericula, & difficultates non tardè solent evenire, & Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 2. unum tantum juxta prisca Canonum statuta adhiberi patrinum voluit, vel ad summum duos, scilicet unum virum, unam-

que fœminam, Possévin. d. c. 6. n. 33. Nec Episcopus potest dispensare, ut duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant, cum super Conciliari Constitut. dispensandi potestatem non habeat. Ita decisum referunt Zer. la in praxi Episcop. part. 1. verb. Baptismus, §. 4. Sanch. d. lib. 7. disp. 57. n. 7. Rebëll. de obligat. justit. part. 2. in appendice ad lib. 4. n. 89. Reginald. d. lib. 3. n. 154. Bonacin. d. §. 2. n. 33. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra, lib. 4. tit. 14. l. 1. de matrim. in declarat. num. 75. ubi n. 80. decisum etiam refert quod † unus procurator, qui sit viri, & alter, qui sit procurator mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, nec duæ mulieres, unusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri.

42 Sed dubitari potest, an Concil. Trident. dicto loco disponens ad summum duos patrinus in Baptismo esse adhibendos, unum scilicet virum, unamque fœminam, procedat in Confirmatione? Pro parte negativa facit, quia in d. c. ultim. de cognation. spirit. in 6. dicitur, ut unus tantum patrinus in Baptismo possit adhiberi; & in fine dicit, quod de Confirmatione, quantum ad hoc idem judicium est habendum: ac Concil. de solo Baptismi patrinus loquitur, & ideo cum sit correctorium Juris antiqui in dist. cap. ultim. debet restringi, nec ampliari potest ultra terminos, in quibus loquitur. Quamvis idem omnino voluisse Trident. quoad omnia statuere in patrinus Confirmationis, & totum dictum cap. ultim. per illud restringi teneant Tolet. in instruet. Sacerd. lib. 2. cap. 24. n. 11. Sanchez d. lib. 7. disp. 57. n. 9.

44 Transgressio hujus præcepti adhibendo plures patrinus est peccatum mortale; quia præceptum Ecclesiæ in re magni momenti violatur, ex cujus transgressione multiplicantur cognationes sufficiens ad dirimendum matrimonium. Ita Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 226. n. 1. Veg. p. 1. cap. 33. casu 39. Bonacina d. §. 2. num. 32. & ita dicit decisum Armendariz d. loco, n. 84. quamvis Sanch. d. lib. 7. disp. 57. n. 6. contrarium teneant.

45 Si tamen plures duobus suscipiant baptizatum de Baptismo, cum omnibus cognatio contrahitur: etsi enim actus contra legem factus regulariter non valeat, l. non dubium, C. de legib. excipitur tamen ubi lex actum non tollit, & pœnam extrinsecam addit, quæ potest cum actû. valore consistere, & valor actus non respicit favorem ejus, cui pœna imponitur, ut dicit Bart. communiter receptus in l. Prator ait, num. 3. ff. de novi operis nunt. & ita est in nostro casu, non tollit enim actum, sed ponit pœnam Parocho admittenti plures duobus, & valor actus non pertinet ad favorem Parochi, sed suscepti: quo fundamento hanc sententiam tenet Ugolin. de potestate Episcopi cap. 25. §. 1. num. 5. Sequitur Sayr. decis. 4. de cogn. spirit. dicit decisum Armendar. ubi proximè n. 82.

46 Ad parentes pertinet patrinus designare, vel illis non designantibus ad Parochos, Possévin. d. cap. 6. num. 33. Bonacina d. §. 2. num. 27. & patet ex Concil. Trident. citato loco. Et requiritur contractus, ita ut eo deficiente compaternitas non contrahatur: qui enim tantummodò assistit Baptizato, vel Confirmato, ipsumque non tangit, vel tangit tantum extremitate digiti, non contrahit cognationem, eo quod verè non dicatur tenere, vel suscipere. Ita Henriq. lib. 12. c. 11. §. 3. Verall. decis. 264. part. 1. Reginald. d. lib. 3. n. 151. Sanch. d. lib. 7. disp. 56. num. 5. Bonacina d. §. 2. n. 14. Mar. Anton. variar. lib. 1. resolut. fin. casu 33. dicit decisum Armendariz dist. loco, num. 83. † Si verò nullus specialiter designatus est patrinus, ex negligentia, aut oblivione parentum, seu Parochi, & multi simul tenendo tangerent baptizatum, aut de fonte

fonte hi æquè susceperent, omnes fiunt cognati, quia attento Jure *cap. ultim. de cognat. spirit. in 6.* omnes contrahebant cognationem tangendo simul, cui standum est, quando aliud non decernitur Jure novo Concilii Tridentini, ex text *in l. precipimus, C. de appellat.* Ita Navar. *in man. cap. 22. num. 39.* Iacob. de Graffis *in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4.* Petr. de Ledesma *de matrimonio quest. 85. artic. 3. versic. est. aliud dubium annexum, & in sum. part. 1. de Sacrament. Matrimonii, cap. 17. conclus. 6. dub. 2.* Vivald. *in candelab. aureo tit. de impediment. matrimonii num. 5. vers. cognatio spiritualis, Henriq. dict. § 3. Coninch. tom. 2. quest. 32. n. 37.* & pro hac opinione decisum referunt Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 3. q. 6. num. 5. & in append. ad lib. 4. num. 95.* Regin. *d. lib. 3. n. 152. versic. secundum, Bonacina d. §. 2. n. 14.* Quamvis contrarium teneant Galleg. Vega, Fr. Emman. & Sayr. quos referunt, & sequuntur Sanchez *d. lib. 7. disp. 67. num. 12. & Gutier. de matrim. cap. 100. num. 7.*

49 Quæstio est controversa, an cognatio spiritualis possit contrahi per procuratorem? In qua tenet una sententia non posse hanc cognationem spiritualem contrahi per actionem procuratoris, quia requirunt actionem personalem, & præsentiam actualem patrini Jura de hoc loquentia, ut demonstrant text. *in cap. de his, 30. quest. 1. in hæc verba, de his, qui filios suos ad Confirmationem coram Episcopo tenent, id est qui filios uxoris suæ, dum christiantur, super se sustinent, & in cap. ad limina, eadem causa, & quest. ibi: eumque ipse propriis manibus retinendo suscipit.* Quare ita resolvunt Franc. Marc. *decis. 830. n. 8. part. 2.* Gallet. *de cognat. spirit. cap. 13. num. 14.* Henriq. *dict. lib. 12. cap. 11. num. ultim.* Covarr. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 4. num. 6.* Veg. *tom. 1. sum. cap. 33. casu 44.* Fr. Emman. *tom. 1. sum. cap. 226. num. 9.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. c. 12. paulò post princip.* Candelabr. *aur. part. 1. ubi de matrim. num. 190.* Possevin. *de cap. 6. num. 27. versic. quartò, Reginald. d. lib. 3. n. 156.* Rebell. *d. lib. 3. quest. 6. n. 12.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 59. n. 4.* ubi in hanc sententiam refert multos Doctores.

50 At de consuetudine universali verum est dicere, cognationem contrahi à mittente, non verò à procuratore, quia quæ agit procurator, non agit proprio nomine, sed nomine mittentis: tum quia mittens fuit designatus, non verò procurator, & de hac consuetudine, secundum quam decidisse *Sacram Cardinal. Congregat. testantur Sà verb. matrimonium, tit. de impedimentis matrimonii, n. 5.* Rebel. *dict. lib. 3. quest. 6. num. 12.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 23.* Coninch. *disp. 42. num. 40.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 63. cum sequent.* Bonac. *dict. §. 4. num. 34. vers. sed mihi, Armendariz. dict. loco, num. 75.* & ita etiam censuisse *Sacram Rotam Romanam, referunt Veral. decis. 147. p. 3.* Gallet. *in margarita casuum conscientia, verb. cognatio, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resol. 630 in 2. edit,*

51 Advertendum est maximè, quod Patrini in Confirmatione debet esse alius ab eo, qui tenuit in Catechismo, vel Baptismo secundum consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, *c. in Catechismo, de consecr. distinct. 4.* Chamerota. *d. tract. de Confirm. cap. 7. dub. 2. vers. debet.* Diana *d. part. 5. tract. 4. resol. 21. vers. tertio, Zambran. de casibus in artic. mortis, cap. 2. dub. 6. n. 1.*

52 † Et quamvis unus non possit tenere ultra duos eadem die Confirmationis, ut in Pontificali; tamen quando verè constat volentem tenere esse aliquem virum probum, maximè Curatum, aut senem in quo judicio Episcopi cellat præsumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia spirituali, vel ejus matre, propter imparem conditionem, non peccabit Episcopus

si permittat tenere ultra duos. Ita resolvit Mar. Anton. Genuens. *in man. Pastorum, c. 64. n. 6.*

Cum ergo susceptores patrum vicem gererent, & susceptos pro filiis haberent, nec minori charitatis vinculo inter se conjungerentur, ut dixit Nicol. I. *in cap. ita diligere 30. quest. 1.* merito constituit Ecclesia vinculum cognationis intervenire, atque aded ad matrimonium impedimentum esse decrevit novè Concil. Trid. *cap. 2.* dum constituit in Baptismo cognationem contrahi inter paternos, & Baptizatum ipsum, & illius patrem, ac matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum baptizatique patrem, ac matrem. † Et in Confirmatione confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egredi, similiter statutum est. Chamer. *ubi proximè, vers. tertio dico.* Cardos. *dict. verb. Sacram. Confirmationis, num. 7.* Et hujusmodi parentes debere esse carnales, quamvis illegitimos, resolvunt Galleg. *de cognat. spirit. cap. 7. num. 12.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 54. num. 16.* Reginald. *d. lib. 3. n. 150. vers. ceterum, me citato in hoc loco, Torreblanca dict. c. 7. num. 33.*

Ex quibus consequens est, cognationem spiritua- lem non contrahi inter ipsosmet paternos, veluti sit vir, & foemina sint simul patrini, quia non impediuntur inter se conjungi. Ita Lud. Lop. *in instr. conscient. part. 2. cap. 51. de matr. colum. 2.* Galleg. *cap. num. 8.* Veg. *tom. 1. sum. cap. 33. casu 40.* Gallet. *in margarita casuum conscientia, verb. Matrimonium, pag. 165. colum. 1.* Nugn. *p. 3. q. 67. n. 3. vers. finem, Sanch. dict. lib. 7. disp. 54. num. 12.* Reginald. *d. lib. 3. n. 150.* Bonacina *d. §. 2. n. 4.* Armendariz *ubi proximè, n. 84.*

Hinc etiam provenit, hujusmodi cognationem spiritualem à viro contractam, eo quod aliquem tenuerit in Baptismo, vel Confirmatione, non transfundi ad uxorem, vel è contra, ut resolvunt Toler. *in instr. Sacerd. lib. 7. cap. 4. num. 5.* Mariens. *in rub. tit. 1. gloss. 1. num. 168. lib. 5. nova Recop.* Henriq. *dict. lib. 12. c. 11. §. 2.* post Petr. Ledesm. Suar. Fr. Emman. & alios Sanch. *dict. lib. 7. disput. 54. num. 11.* Reginald. *dict. lib. 3. n. 149.* Coninch. *tom. 2. disputat. 32. n. 24. vers. inter foeminam.* Armendariz *dict. num. 84.* ubi refert decisum hanc cognationem non contrahi inter baptizatum, & conjuges, & concubinos, vel concubinas levantis.

Unde fit virum, & uxorem minimè peccare suscipientes alienum puerum in Baptismo, ut optimè tenet Navar. *in man. cap. 22. num. 39.* Armend. *dict. num. 84.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 57. n. 5.* Bonac. *d. §. 2. n. 5.*

Et potest patrini matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit, ut declaravit Pius V. *in sua Bulla, incip. "Cum illius vicem, edita 4 Kal. Decembris, an. 1566.* & post Fr. Emman. ac Nugn. ita resolvunt Sanch. *d. lib. 7. disp. 51. n. 12.* Bonacina *d. §. 2. n. 6.*

ALLEGATIO XXX.

Episcopus sancta olea qualiter consecrare debeat?

SUMMARIUM.

- 1 Oleum sanctum trina diversitate consecratur.
- 2 Confirmationis Chrisma conficitur ex oleo olivarum, admixto balsamo cujusque loci sit, benedictio ab Episcopo consecrato.
- 3 Oleum olivarum est essenziale huic Sacramento Confirmationis, balsamum verò accidentarium.
- 4 Chrisma quod est Confirmationis materia, necessario benedicendum.

- benedicendum est ab Episcopo, non à simplici Sacerdote.
- 5 *Chrisma de necessitate præcepti debet fieri illo anno in die Cœnæ Domini, quia peccabit Episcopus si ex veteri confirmet.*
 - 6 *Oleum Cathecumenorum quale?*
 - 7 *Reges ab Episcopis in suis Regnis hoc sancto oleo Unctionem accipiunt.*
 - 8 *Oleum, quo unguuntur Reges, quid significet?*
 - 9 *Gothorum Reges ungebantur.*
 - 10 *Hispania, Navarra, Aragonia, & Sicilia Reges ungebantur.*
 - 11 *Francia Reges peculiari privilegio oleo è Cælo dimisso unguuntur.*
 - 12 *Pontificis caput Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur.*
 - 13 *Oleum infirmorum ab Episcopo benedictum est materia remota sacramenti Unctionis.*
 - 14 *Oleum, & Chrisma de consensu Summi Pontificis an possit à simplici Sacerdote consecrari?*
 - 15 *Oleum olivarum est materia sufficiens sacramenti Unctionis, etiamsi benedictum sit ab Episcopo alia benedictione.*
 - 16 *Extrema Unctionis sacramentum validè non confertur, si aliud oleum per errorem adhibeatur præter oleum infirmorum.*
 - 17 *Chrisma, & olea singulis annis confici debent, & peccabit Parochus si oleum alterius anni adhibeat, non data necessitate.*
 - 18 *Dignum magis attrahit ad se minus dignum.*
 - 19 *Episcopus si absens sit, vel Episcopalis Sedes eo tempore vacet, quo hac olea benedici debent, vicinior est petendus, ut ea consecret.*
 - 20 *Exempti subjiciuntur Episcopo in illis omnibus, que sunt Ordinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatis, &c.*
 - 21 *Olei ratione nihil pro Chrismate recipi potest.*
 - 22 *Baptismi sacramentum, tam parvulis, quam adultis tempore interdicti administratur, benedicto fonte, & patrinis adhibitis.*
 - 23 *Confirmationis sacramentum licitè, solemniter, & publicè tempore interdicti celebratur.*
 - 24 *Chrisma tamen clausis januis consecrandum.*
 - 25 *Contrarium verius.*
 - 26 *Episcopus peccator si consecret Chrisma, aut oleum infirmorum, peccat mortaliter.*

OLEUM sanctum sub trina diversitate consecratur: Aliud, quod vocatur Chrisma ex oleo olivarum, & balsamo, cujus mixturæ mysterium explicatur in cap. unic. de sacra Unctione. Hoc unguuntur baptizati in vertice, & fronte, Ecclesia, Altaria, Calix, Patena, Fons baptismalis, Episcopus dum consecratur, in capite, & in manibus, & Confirmandi. Aliud dicitur oleum Cathecumenorum ex oleo olivarum solo, hoc unguuntur baptizati inter scapulas, & in pectore, Ecclesia, Altare ante chrisinationem, Sacerdotis manus, Reges, & Principes in brachio, & humero. Tertium est oleum infirmorum, quo unguuntur infirmi, ex primæva institutione Ecclesiæ, de qua in Epistol. Can. Jacobi Apostol. Infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo, &c. De hac triplici olei consecratione, & de ejus proprietate, latè agit Durant. in rationali divinorum, lib. 6. cap. 74. Camil. Borel. de præstantia Regis Catholici, cap. 49. num. 6. cum seqq.

Confirmationis Chrisma (quod attinet ad primum oleum sanctum, de quo supra) conficitur ex oleo olivarum admixto balsamo, cujusque loci sit, benedicto ab Episcopo consecrato, ut colligitur ex Concil. Trident. sess. 7. can. de Confirmatione, comment. Barbof. de Episcop. Pars I I.

probant Tolet. in sum. lib. 2. cap. 24. n. 2. Navar. in man. cap. 22. num. 8. Sylvest. verb. Confirmatio, n. 2. Sot. in 4. dist. 7. quest. 1. art. 2. Victor. de Sacrament. conclus. 40. Vivald. in candelabro aureo, sub tit. de Confirmat. cap. 2. n. 1. Graff. in decis. aureis, part. 2. lib. 1. cap. 5. n. 16. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 1. c. 5. quest. unic. art. 3. vers. de Confirmat. Bellarmin. in controuv. Catholicis, lib. de Confirmat. cap. 8. Nugn. 3. p. 9. 72. art. 3. ubi Coninch. n. 29. & 30. Suar. tom. 1. disp. 33. sect. 1. & 2. Barthol. ab Angelo de Sacram. dialog. 3. §. 4. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 9. col. 106. & 108. & p. 2. lib. 5. cap. 1. q. 4. col. 520. Chamberota de Sacram. tract. 3. de Confirmat. cap. 2. de materia Confirm. pag. 112. Cardof. in praxi Judicum, verb. Sacram. Confirmat. num. 2.

Oleum olivarum est essentialè huic Sacramento, balsamum verò est accidentarium, ut probatur ex cap. Pastoralis, de Sacrament. non iter. ubi interrogatus Innocent. III. quid esset agendum de quodam Confirmato oleo tantum, respondit non esse iterandum, sed cautè suppleendum, si quid deesset: ergo si illud fuit Sacramentum sine balsamo, certum est balsamum non esse de necessitate Sacramenti. Ita Angel. de Confirmat. art. 22. conclus. 22. Valent. tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 2. vers. questio est autem, Navar. cap. 22. n. 8. & conf. unico de sacra Unct. n. 8. & 9. Sayr. dec. unic. eod. tit. Sà verb. Confirm. num. 7. Chamber. ubi supra, dub. 2. Cardof. d. verb. sacram. Confirmationis, n. 2. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 8. cap. 2. n. 6. Philiarth. de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 1. cap. 11. Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 3. §. 2. Licet contrariam sententiam, nempe Chrisma ex oleo, & balsamo compositum esse materiam, & de essentia Confirmationis, existimaverint Zambran. de casib. temp. mortis, cap. 2. n. 2. Fernand. de Heredia in disp. mixtis de sacrament. Confirm. disp. 5. p. 3. dub. 1. conclus. 1. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tract. 3. cap. 5. n. 1. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 6. diff. 2. num. 2.

Chrisma hoc, quod est materia Confirmationis, necessariò benedicendum est ab Episcopo, non à simplici Sacerdote, D. Thom. 3. p. 9. 72. art. 2. Vivald. d. cap. 2. n. 4. & 5. Valent. tom. 4. disp. 5. q. 2. puncto 2. ad finem. Francisc. de Pitigianis dist. 7. q. 1. art. 4. conclus. 2. Nugn. in 3. part. D. Thomæ, 9. 72. art. 3. difficult. 4. ubi Coninch. num. 43. Chamberot. dict. cap. 2. dub. 3. & 5. Suarez d. disp. 33. sect. 2. Bartholom. ab Angel. d. dialog. 3. §. 12. Alzed. d. p. 2. cap. 4. num. 7. An Papa possit committere simplici Sacerdoti consecrationem Chrismatis, quod est materia Confirmationis, vide allegat. præced. num. 6.

De necessitate præcepti est, ut Chrisma confectum sit illo anno in die Cœnæ Domini, cap. si quis, de consuet. distinct. 4. cap. omni tempore, eadem distinct. D. Anton. 3. part. art. 14. cap. 14. §. 2. Barthol. ab Angelo dict. dial. 3. §. 82. Cardof. d. verb. sacram. Confirmationis, num. 8. Reginald. d. lib. 28. cap. 2. n. 8. in fine, Alzedo d. part. 2. cap. 4. num. 16. ubi num. 15. ait quod non licet Episcopo Chrisma conficere, nisi Missam celebret, & num. 17. post Fr. Emman. in summa, tom. 4. cap. 67. num. 14. quod non peccat mortaliter Episcopus, etiamsi Chrisma consecret in peccato existens, sed peccabit ex eo, quia Missam celebrat. Et si Episcopus habeat duos Episcopatus unitos, & propinquos, deber uno anno celebrare in una Ecclesia in die Cœnæ Domini, & ibi Chrisma conficere, & altero anno in alia, & sic alternatis annis hoc officium exercere, & Chrisma de una Ecclesia in aliam transmittere, ut frequenter solet fieri, juxta cap. te referente 12. ubi Hostiens. ante finem, Butr. & Abb. in fine, de celebrat. Missarum: ita illis citatis refert Steph. Grat. discept. forens. tom. 4. disp. 655. n. 74. qui post hæc scripta ad manus meas pervenit, & me citato in hoc loco,

Alzedo d. p. 2. cap. 4. num. 19. Peccabit autem Episcopus si confirmet cum veteri Chrismate, & non cum novo illius anni. Ita post Soar. tenet Marc. Anton. Genuens. in man. Pastorum, cap. 54. num. 9.

- 6 Oleum Catechumenorum (quod pertinet ad secundum oleum sanctum, de quo supra) est illud, quo pueri baptizandi unguuntur in pectore, scapulis, manibusque Presbyterorum, cum ad Sacerdotium promoventur, quod etiam servit ad consecrationem Ecclesiae, vel Altaris. In pectore enim cum invocatione Sanctissimae Trinitatis, ut nihil mali latentis inimici in eo remaneat, sed mens ejus confortetur in Fide Sanctae Trinitatis, & in scapulis, ut undique muniatur per Dei gratiam ab bona opera facienda. Durand. in ration. divin. lib. 6. cap. 74. num. 21. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 6. n. 4. † Adhibetur etiam ad unctionem Regum, & Principum: hi enim unctionem accipiunt ab Episcopis in suis Regnis, ut decidit Innocent. III. in cap. 1. §. unde, de sacra unctione, Selva de beneficiis, prima part. q. 5. n. 164. & 165. Gregor. l. 13. glos. 1. tit. 4. part. 1. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubricar. sub rubric. de sancta unctione, num. 9. Fusch. id. cap. 6. num. 5. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 10. cap. 5. quest. 2. & 3. † Significationes autem unctionis retulit Augustinus de Ancona de potestate Papa q. 38. art. 2. Castald. de Imperatore, quest. 27. nam oleum quo unguuntur, significat laetitiam, & promptitudinem ad debellandum inimicos Ecclesiae, & pugnandum pro Fide, ad consequendum victoriam. Unde intelligi potest illud Pl. 45. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo laetitia praesortibus tuis*, oleum enim dicitur laetitiae, quia hoc significat oleo inungi, ut ostendatur laetitia qua ingreditur in campum certaminis ad victoriam. Item & quia per oleum nitor conscientiae designatur, juxta Matth. 25. *Prudentes Virgines acceperunt oleum in vasis suis*, & refertur in cap. 1. §. 1. de sacra unctione, Durand. d. cap. 74. num. 10. & refert D. Thom. 3. part. sum. quest. 108. art. 3. in addit. quod sicut cap. 10. Actuum Apostol. dicitur de Christo, *quod predicavit Joannes Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute*; & sicut Christus, id est Unctus, appellatur Dominus noster **JESUS**, ita Reges inunguntur, consecrantur, & coronantur, ut intelligant a Christo Uncto potestatem habere, & in eo regnare: quod declarat Innocentius antiquus in cap. venerabilem, de elect.
- 9 Jus unguendi omnibus Regibus Christianis generale est, nec quod de aliquibus peculiariter scribitur, jus aliis adimit: sed tantum de illis fit mentio, qui unguuntur a Papa, quia sunt Vassalli Ecclesiae, juxta ea, quae notant Doctores per text. ibi in cap. intelleximus, de jurejur. & citati a Mart. Laud. quest. 23. de Princip. & Restauro Castaldo de Imperat. quest. 19. num. 6. & q. 36. nam. 10. novissime D. Roder. a Cunha de Primatu Eccles. Bracharens. cap. 36. num. 1. Alex. Patrit. de justit. armorum, & foederum Regis Galliae, lib. 1. cap. 9. ubi probat unctionem plerisque Regibus Christiani Orbis usitatam. Hispaniarum antiquissimi Reges Gothi ungebantur, prout de Rege Vvamba, & Ervigio dicitur in Concil. Tolet. XII. cap. 1. & de Flavio Egica narrat Ambr. de Morales in chronicis Hispaniae, lib. 12. cap. 41. 53. & 57. Camil. Borel. de praestantia Regis Cathol. cap. 49. n. 73. ubi quod Hispaniae Reges nihil dignius, nihilque sanctius putarunt, quam ut aliorum Regum more sancto oleo ungerentur, & refert Vvambam Regem unctum fuisse per Episcopum Toletanum, nec passum se Regem nominari, donec Sanctorum Regum exemplo per manus Pontificum inunctus, & coronatus esset: solitosque fuisse Gothorum Reges eam sacram unctionem recipere, asserunt Garcia de Loaysa in synodo

Toletana sub Gundemaro, fol. 277. & in notis ad Concilium Toletanum nonum, cap. 10. fol. 495. Alex. Patrit. d. lib. 1. cap. 10. per tot. † De Regum Hispaniae unctione, eorumque usitato ritu, & praecipue de Alphonso IV. memorat Garibay in compendio historiali, lib. 8. cap. 1. anno 1135. In Regibus Navarrae idem visum fuisse, quod scilicet omnes ungerentur, meminit idem Garib. lib. 16. cap. 1. & lib. 17. cap. 3. & 4. ubi peculiariter retulit de Ferdinando Phoebo, Philippo, & Carolo III. De unctione Regum Aragoniae agit Hieron. Zurita in annal. ejusd. Reg. lib. 10. cap. 68. & lib. 7. cap. 1. & cap. 28. & 29. mentionem faciens de unctione Regis Petri IV. & Regis Ludovici filij Petri, & Nepotis Federici, & de Rege Martino, & Ferdinando. De unctione Regum Siciliae, agit Castald. de Imperat. q. 18. n. 6. Zurit. annal. Aragon. p. 1. lib. 5. cap. 17. De omnibus meminit Illustriss. a Cunha cap. 36. n. 2. Et quod Rex noster Catholicus tanquam Rex Siciliae oleo sancto inungitur, refert Camil. Borrel. de praestantia Regis Cathol. cap. 49. n. 1. & 67. ut ibid. n. 2. addit quod Reges Galliae, & Angliae inunguntur, alij vero minime, nisi consuetudine id observatum fuerit.

Reges tamen Franciae, Hierosolymitani, & Siciliae praetendunt sibi tantum hanc unctionem singularem quodam privilegio privatim concessam. Oleum enim quo inungitur Rex Franciae Caelo dimissum narratur, de quo remitto lectorem ad Renatum Chopinum lib. 2. de dominio Franciae, tit. 2. n. 7. D. Anton. p. 2. historiali, tit. 11. cap. 2. §. 7. Forcatul. de Imperio Gallorum, lib. 6. fol. 570. Chassan. in catalogo, part. 5. confid. 30. & 31. Carol. Grassal. de jure Regum Franciae, lib. 2. jure 2. Guidop. q. 114. Guilelm. de Benedict. in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, n. 77. Castald. de Imperat. q. 18. n. 6. Mart. Laudens. q. 76. de Principe, Joan. Ferrult. privileg. Francisc. Marc. decis. 456. num. 31. & decis. 1024. n. 4. & 7. Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 6. num. 3. Petr. Gregor. preludivis optimi Jurisconsulti, pro bique magistratus, lib. 1. cap. 11. Cardin. Baron. annalium Ecclesiae tom. 6. a num. 499. Thom. Corm. lib. rerum gest. Henric. II. Regis Galliae, fol. 18. Alex. Patrit. d. lib. 1. cap. 4. ubi probat unctionem Regum non imprimere characterem, & cap. 8. quod unctio non tribuit Regibus summam potestatem, sed alias quasdam praerogativas spirituales, & cap. 11. quod Pipinus primus Regum Francorum inunctus fuit.

Solus Pontifex Chrismate in capite ungitur ex balsamo, & oleo confecto mystica ratione, sed Imperatores tantum oleo in brachio, exorcizato in modum Crucis inunguntur, non Chrismate, ex Ceremoniali sacro, lib. 1. sect. 1. cap. 3. & ita ex text. in cap. 1. de sacra unctione, non potest Rex Chrismate inungi, sed solo oleo. Differt autem inter Pontificis, & Principis unctionem, quia caput Pontificis Chrismate consecratur, brachium vero Principis oleo delinitur, ut ostenditur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem, notat Restauro. Castald. de Imperatore, q. 19. num. 13.

Oleum vero infirmorum (quod pertinet ad tertium oleum sanctum, de quo supra) benedictum ab Episcopo, est materia remota sacramenti unctionis, ut habetur in Concil. Trid. sess. 14. de Extrema unctione, c. 1. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 1. c. 3. q. unic. art. 3. versic. de Sacram. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Extrema unctione, vers. 1. Petr. de Ledesma p. 1. de sacram. Extrema unctionis, cap. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 9. vers. quotiescunque, in fine, pag. 107. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 28. n. 50. cum seqq. Coninch. de Sacram. tom. 2. disp. 19. a n. 5. Et de oleo infirmorum, in quo sunt facta multa miracula, vide Martin. del Rio disquisit. magic. lib. 6. cap. 2. sect. 3. pag. 512.

Quamvis

14 Quamvis ab Episcopo sit oleum infirmorum benedicendum, tamen probabile videtur Sacerdotem simplicem posse de consensu Summi Pontificis Oleum, & Chrisma consecrare, ut ait Cajetanus 3. p. quest. 13. art. 3. & terigi allegat. precedent. n. 61 & tenent aliqui apud Henriquez in sum. lib. 3. cap. 8. num. 1. Bartholom. ab Angelo dialogo 3. §. 98. Fusc. d. cap. 6. n. 7. Chamer. dicto loco, dub. 5. Bonacina de Sacramentis, disp. 7. quest. unic. puncto 2. num. 3. ubi num. 4. resolvit † oleum olivarum esse materiam sufficientem hujus Sacramenti, etiam si benedictum sit ab Episcopo alia benedictione, quam benedictione consueta Ecclesie, & n. 5. asserit † non esse validum Sacramentum extremæ Unctionis, si aliud oleum per errorem adhibeatur præter oleum infirmorum, ex ea ratione, quia materia hujus Sacramenti est oleum benedictum ab Episcopo per ordinem ad hoc Sacramentum, & cum careat benedictione ordinata ad illud, videtur deficere materia requisita, & in hanc opinionem allegat, affirmans idem tenere Nugn. 1. p. q. 29. art. 6. Reginald. d. lib. 28. n. 50. Francisc. Pitigian. dist. 23. quest. unic. art. 3. vers. debet, licet Chamerota, d. loco, dub. 4. asserat confirmatum oleo infirmorum Sacramentum accipere, quamvis peccaret qui sic uteretur.

15 Ex consuetudine, & præcepto Ecclesie debet prædictum oleum esse benedictum eo anno, per text. in cap. litteris, de consecrat. dist. 3. Bonacina dict. quest. unic. puncto 2. num. 6. ubi etiam asserit, non videri à peccato excusandum parochum, si oleum alterius anni adhibeat, nisi aliud suadeat necessitas: idem asserunt Ugolin. d. cap. 7. §. 2. num. 1. Possevin. de officio Curati, cap. 9. num. 1. Adde Parochum posse licite oleum non consecratum miscere consecrato, quando timet fore, ut oleum consecratum non sufficiat: utrumque enim censetur consecratum per admixtionem, modò quod additur, sit minoris quantitatis consecrato: ita Pitigianus d. art. 3. Barthol. ab Angelo d. dialogo 3. §. 92. & 101. Possevinus de officio Curati, cap. 9. n. 2. Fusc. d. cap. 6. n. 10. † magis enim dignum attrahit ad se minus dignum, cap. quod in dubiis, de consecr. Ecclesia, Dec. in cap. ex litteris, n. 4. de constitut. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gloss. 7. n. 82. Hieron. Giach. in conf. Syndicatus, n. 329. Menoch. conf. 2. num. 227. Ferrer. in constit. Cathalonia, glos. 2. num. 56. † At si absens sit Episcopus, vel Episcopalis Sedes eo tempore vacet, quo hæc olea benedici debent, & illorum necessitas adsit, proximus Episcopus adiri poterit, & curare ut consecrentur eadem olea, gloss. verb. spiritualibus, in cap. si Episcopus, de suppl. neglig. Pralat. & notat Ugolin. d. cap. 27. §. 2. num. 1. ubi etiam advertit, quod si hoc non fiat, & necessitas urgeat, potest interim veteri uti.

16 Exempti subjiciuntur Episcopo in eis omnibus, quæ sunt Ordinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatum, consecrationis Ecclesiarum, susceptionis Ordinum, & similibus, ut probat cap. veniens 19. vers. Chrisma, de prescript. ubi Abb. num. 2. Balb. de prescript. 1. part. §. partis, q. 11. fin. R. buff. in praxi benef. p. 1. tit. de Cleric. & à quibus, & quomodo creentur, n. 23. Cochier. de Jurisdic. Ordin. in exemptos, p. 2. q. 25. n. 16. Nihil pro Chrismate recipi valet ratione olei, cap. ea qua, de simon. † Nihilque pro eodem Chrismate, & aliis oleis sacris recipi etiam recipi potest à Parochis, quamvis liberè oblatum: quare eorum, qui præpositi sunt ad distributionem, consuetudo tollenda est, qui nolunt ea dare, nisi nova, aut aliquid aliud ipsis tribuatur, ut per Fusc. de visit. lib. 1. cap. 6. n. 13. quem refert Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 4. §. 3. n. 2. & optimè disponit Concil. Provinc. Bracharense IV. art. 4. cap. 28.

17 Restat sciendum, an Chrisma tempore interdicti

publicè confici possit? In qua quæstione communis Doctorum opinio tenet; quod licet Baptismi sacramentum, tam parvulis, quam adultis tempore interdicti possit administrari, ut decidit text. in cap. quoniam, de sent. excom. lib. 6. & latè prosequitur Henric. in sum. lib. 2. c. 16. §. 3. Suarez tom. 3. disp. 26. sect. 1. Ugolin. tabul. 5. cap. 7. §. 4. n. 2. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 7. num. 3. etiam resolventes fontem benedici, & susceptores, seu paternos posse adhiberi, ex vulgari reg. concessio uno, conceduntur omnia necessaria ad illud unum, de qua in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in cap. præterea, de officio deleg. & quia † cui unum conceditur, conceduntur omnia, cum quibus fieri solet, l. si quando, Cod. de inoffic. testament. cum vulgaribus, & etiam licet Confirmationis sacramentum licite, solemniter, & publicè, & apertis januis eodem tempore interdicti generalis loci, & in Ecclesia specialiter interdicta conferri possit, ex d. cap. quoniam, ut per Navar. in manual. cap. 27. n. 178. Covar. in cap. alma, 2. part. §. 2. num. 7. vers. idem de Confirmationis sacramento, Ugolin. d. cap. 7. §. 5. Sayr. d. cap. 7. n. 6. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 4. cap. 2. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 53. Avila de censur. disp. 4. sect. 1. dub. 4. conclus. 3. Henriquez cap. 6. §. 7. lib. 3. cap. 4. §. 1. juncta lit. I, Suarez d. sect. 1. à num. 7. † Chrisma tamen non ita, sed clausis januis, juxta moderationem cap. alma mater, vers. adjicimus, de sent. excommun. lib. 6. Ita post Archid. & Anchar. ac alios communiter ibi resolvit Covar. Ugolin. Henric. d. §. 1. lit. M, & Suar. n. 8. dictis locis, & post eos Bonacina de censur. disp. 5. puncto 2. §. 1. num. 2. Mar. Alter. d. cap. 2. vers. communis, Benzoni. de justitia Pontificij interdicti, cap. 6. vers. præterea, & seq. ubi intelligit si Episcopus non sit interdictus specialiter.

Verùm licet hujus sententiæ nullum invenerim contradictorem, ei acquiescere non possum: nam text. in dict. vers. Adjicimus, & à principio per totum, non emanavit ad ampliandam interdicti prohibitionem, & tollendos casus, in quibus antiquiori jure illa prohibitio fuerat modificata, sed ad rigorem interdicti temperandum in casibus, in quibus aliàs usum divinorum impediatur, quare lex inducta in favorem, & rigorem minuendum, contrarium effectum operari non potest, juxta reg. qua ob gratiam, lib. 6. & l. legata inutiliter, juncto summario, ff. de adim. leg. Unde quemadmodum jure antiquo usus Baptismi, & Confirmationis, quia simpliciter concessus reperitur, tempore interdicti à prædictis Doctoribus conceditur publicè, & apertis januis: ita in conficiendo Chrismate ex eadem ratione id ipsum concedere debuerunt. Accedit quia forma præscripta in dict. vers. Adjicimus, manifestè ostendit applicari non posse Chrismati conficiendo, agit enim ibi Pontifex de divinis Officiis, & Missa celebranda singulis diebus, quod Chrismati minimè convenit; siquidem quotidie fieri non potest, sed semel in anno, in Cæna Domini. Insuper dici non potest contineri Chrisma in priori parte, qua agitur de Missæ sacrificio faciendò, neque etiam in posteriori de divinis Officiis dicendis, quia Chrisma non dicitur, sed fit, seu conficitur: unde hic loquendi modus, Dicantur officia singulis diebus, propriè in toto rigore convenit recitationi horarum, quas diurnas, & nocturnas appellamus, ut etiam deducitur ex vers. & canonicis, ibi, qui horis intersunt.

Episcopus peccator si consecret Chrisma, aut oleum infirmorum, peccat mortaliter, quia id jure divino permanet ad materiam necessariam Sacramenti Confirmationis, aut Extremæ Unctionis, & videtur res gravis annexa Ordini Episcopali: non ita peccat dum Altaria, Calices, & Virgines consecrat, quod non tam pertinet ad solemne officium Ordinis Episcopalis: ita

Henriq. in sum. lib. 10. cap. 23. §. 5. sequitur Joan. de Lugo de sacram. in genere, disp. 8. sect. 9. n. 156. Sed contrarium, immò Episcopum live conficiat Chrisma, live consecret Ecclesiam in peccato, non peccare mortaliter, minus benè indistinctè sustinent Hurtad. de sacram. in genere, disp. 4. diffic. 10. Granat. in 3. part. S. Thome de sacram. in genere, controu. 3. tract. 5. n. 7. Merat. tom. de sacram. in genere, disp. 8. sect. 2. in fine, Præpos. in 3. p. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 37. Tanner. tom. 4. disp. 3. q. 4. dub. 3. n. 34. quos refert, & sequitur Diana moral. resol. p. 5. tract. 13. resol. 73. vers. sed sententiam.

ALLEGATIO XXXII.

Episcopus in Matrimoniis contrahendis, & dispensationibus denunciationum elargiendis, quam habeat auctoritatem?

SUMMARIUM.

- Denunciationes non sunt de substantia Sacramenti Matrimonij.
- 1 Peccatum mortale committitur quando hujusmodi denunciationes omittuntur sine facultate, aut legitima causa.
 - 2 Sponsi etiam prædictas denunciationes omittentes peccant toties quoties habuerint copulam.
 - 3 Parochus peccat mortaliter assistendo matrimonio absque præmissis denunciationibus.
 - 4 Parochus omittens unam denunciationem, si certus sit nullum subesse impedimentum, videtur à mortali excusandus.
 - 5 Parochus timore mortis omittens denunciationibus matrimonio assistens non peccat.
 - 6 Parochus auctoritate propria, & sine justa causa denunciationes omittens, suspendendus est ab officio per triennium.
 - 7 Matrimonium dicitur clandestinum quoad pœnas, si illicitè denunciationes omittantur.
 - 8 Denunciationes sunt faciendæ à Parocho, vel ab ejus vicario de ipsius Parochi licentia.
 - 9 Denunciationes sunt faciendæ in utraque, sponsi, & sponsa Parochia, quando sunt diversarum Parochiarum.
 - 10 Contrahentes, quando plura habuerint domicilia, faciendæ sunt denunciationes in eo, in quo verisimilius est sciri impedimenta.
 - 11 Denunciationes sunt faciendæ tribus diebus festiuis continuis, quæ sibi non succedant immediatè.
 - 12 Parochus non peccat mortaliter, si uno, vel altero die festo omittat denunciationes, dummodo inter unam, & alteram multos dies festos non interponat.
 - 13 Diebus ferialibus hujusmodi denunciationes fieri non possunt, etiam cum dispensatione Episcopi.
 - 14 Denunciationes possunt aliquando fieri alio die, quàm festo, si ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedat.
 - 15 Denunciationes valdè fieri possunt extra Ecclesiam, & Missarum solemnias, si magnus adsit populi concursus, & locus aptus sit, ut ad multorum notitiam perveniant.
 - 16 Matrimonium extra Ecclesiam licitè celebrari potest.
 - 17 Ordinarius non potest præcipere, ne matrimonia domi celebrentur, servata Concilij forma.
 - 18 Quoties timetur impediendum malitiosè matrimonium coram Parocho, & testibus, celebrari potest omittens denunciationibus, dummodo postea ante consummationem fiant.
 - 19 Parochus, quoties timetur malitiosè matrimonium impediendum, non potest denunciationes omittere, ut fiant antequam consummetur, nisi dispensatio difficillimè obtineri possit.
 - 20 Malitiosè facere dicitur, qui non justè impedire potest.
 - 21 Animus malitiosè impediendum conjecturis detegitur, & jurejurando præstato cognoscitur.
 - 22 Animus non nisi juramento probari potest.
 - 23 Falsa impedimenta denuncians, ut matrimonium impediatur, arbitraria pœna punitur.
 - 24 Cognoscens aliquod impedimentum inter volentes contrahere, etiamsi occultum sit, vel acceptum sub secreto, aut auditum ab aliis, vi denunciationum tenetur manifestare.
 - 25 Cognoscens aliquod impedimentum occultum, ita ut solus ipse noverit, præcipuè si nascatur ex infamia, aut peccato, vel cum gravi suo incommodo, aut aliorum scandalo, non tenetur detegere.
 - 26 Ordinarius tantum habet facultatem remittendi denunciationes ex causa.
 - 27 Ordinarij appellatione venit Episcopi Vicarius.
 - 28 Vicarius Episcopi potest remittere denunciationes, jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, nullique Diocæsano subditi, possunt remittere denunciationes.
 - 29 Abbates, qui Ordinarij sunt, & habent jurisdictionem quasi Episcopalem, possunt omnia regulariter, quæ Episcopi in sua Diocæsi, circa ea, quæ sunt jurisdictionis.
 - 30 Abbates hujusmodi titulares, & Commendatarij possunt remittere denunciationes.
 - 31 Magister scholæ Salmanticensis respectu Scholasticorum, qui in matricula sunt descripti, potest denunciationes remittere.
 - 32 Archiepiscopus in alterius Episcopatu denunciationes remittere non potest.
 - 33 Episcopus unius contrahentis potest cum utroque, quamvis sint diversa Diocæsis, in denunciationibus dispensare.
 - 34 Episcopus alteri delegare potest facultatem dispensandi in denunciationibus.
 - 35 Vicarius Generalis potest facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, non tamen generaliter.
 - 36 Ordinarij absque justa causa denunciationes remittere non possunt.
 - 37 Dispensandi causa sufficit, quod extrajudicialiter cognoscatur.
 - 38 Justa ad dispensandum cause quæ.
 - 39 Causa justa ad dispensandum est quando creditur matrimonium iniustè impediendum.
 - 40 Vide quando virgo sub tutela iniqui tutoris est, qui eam viro ignobili, & dispari tradere vult.
 - 41 Vel quando virgo erat à viro deflorata.
 - 42 Vel si filij essent sub potestate novercali.
 - 43 Vel quando Magnates contracturi sunt matrimonium.
 - 44 Vel quoties inter contrahere volentes adest disparitas conditionis, ætatis, divitiarum, & qualitatis.
 - 45 Vel quando matrimonium esset contrahendum in mortis articulo.
 - 46 Vel quando tempus, quo nuptiæ prohibentur, instat, ita ut nequeant omnes denunciationes premitteri.
 - 47 Vel ubi contrahere volentes diu habituri fuerint pro conjugibus.
 - 48 Episcopo incumbit cura indagandi, an vera subest causa dispensandi in denunciationibus, quia remittendo eas sine justa, & rationali causa, peccat mortaliter.
 - 49 Ordinarius existente justa causa dispensandi renetur ad petitionem partis sub peccato mortali dispensare.

- 52 Appellari potest à denegatione dispensationis, saltem quoad effectum devolutivum.
- 53 An detur tam urgens necessitas, ut solum coram Parocho, & testibus Matrimonium contrahatur absque denunciationibus, & Episcopi dispensatione.
- 54 Quando de licentia Ordinarij una tantum denunciatio premittitur, non statim ea facta matrimonium est contrahendum, sed per aliquod tempus differendum.
- 55 Qui intra quatuor menses post denunciations factas matrimonium non contraxit, non potest illud inire, nisi alie denunciations premittantur arbitrio Episcopi.
- 56 Proprius contrahentium Parochus quis dicatur?
- 57 Parochiam acquirit quisvis ratione habitationis.
- 58 Scholares, dimisso Sacerdote in patria, possunt in loco studij confiteri.
- 59 Parochianus ut verè aliquis dicatur, debet habere animum constituendi in Parochia domicilium.
- 60 Cap. questi, 16. quest. 1. declaratur.
- 61 Cap. ult. de Paroch. declaratur.
- 62 Cap. in nostra, de sepult. declaratur.
- 63 Regulares ad certum locum pro tempore iudicis arbitrio mensurando tenentur contrahere coram Parocho loci, in quo est regulatus.
- 64 Parochiani verè efficiuntur statim ac animum habitandi majori parte anni habuerint.
- 65 Parochus proprius ad matrimonium dicitur Parochus uxoris, si in ejus Parochia contrahatur; & Parochus viri, si in viri Parochia fiat.
- 66 Parochus ruralis non est proprius Parochus, quando rus vel recreationis gratiâ, vel ad paucos tantum dies colitur.
- 67 Fœmina coram Parocho sue Parochie contrahens matrimonium invalidum postquam se transtulerit in domum mariti commorantis in alia Parochia, cum intentione ibi perpetuò manendi, non potest postea matrimonium de novo coram eodem Parocho validè celebrare.
- 68 Amasia que se transtulit ad domicilium concubinarij, intentione ibi commorandi majori parte anni, potest coram Parocho loci celebrare matrimonium, non cum amasio, sed cum alio extraneo.
- 69 Parochi duo quoad matrimonium contrahendū possunt haberi, ubi quis dimidia anni parte in una Parochia, altera dimidia in altera habitat.
- 70 Habitatis inaequalitas si detur, illius Parochia erit parochianus, in quo majori temporis parte habitaverit.
- 71 Habitans in confinio duarum Parochiarum, censetur Parochianus illius, in qua domus aditum habet principalem, & magis frequentatum, si duos habeat.
- 72 Vagabundi illius Parochum vocant, in cujus Parochia sunt, vel commorantur.
- 73 Vagorum matrimoniis potest quicumque Parochus interesse diligenti inquisitione premissa, & obtemperata Ordinarij licentia.
- 74 Parochus, qui in vagorum Matrimoniis predictam non adhibet diligentiam, peccat mortaliter, sed matrimonium est validum.
- 75 Vagabundus is propriè dicitur, qui nullum certum domicilium habet.
- 76 Parochus quilibet potest interesse Matrimonio vagi, etiamsi conjux unus non sit alienigena.
- 77 Alienigenarum jure gaudent, qui secedunt aliò non habitaturi, nec mansuri, sed solum ne coram proprio Parocho contrahant.
- 78 Parochi presentia in Matrimoniis necessaria, non tantum corporea, sed etiam moralis requiritur, cum intelligentia, & advertentia actus.
- 79 Non intelligens dici potest presens.
- Barbol. de Episc. Pars II.
- 80 Parochi presentia quare hodie de essentia requiritur.
- 81 Presentia Parochi pro forma actus exigitur, itaut Matrimonium contractum in presentia mille testium, eo absente nullum sit.
- 82 Parochi, vel testium presentia sufficit, quamvis vi intersint, dummodo intelligant consensum contrahentium.
- 83 Matrimonium non valet si Parochus assistens non intellexit ea, qua agebantur, nisi affectasset non intelligere.
- 84 Contrahens coram Parocho invito graviter peccat.
- 85 Parochi presentia adducti dolose, & rennentis, sufficit, dummodo intelligat, vel audiat, quamvis claudat aures, & nulla verba proferat.
- 86 Parochi presentia requiritur, ut nedum intelligere oporteat cum quid agitur, sed ut videat.
- 87 Cecus quamvis retineat dignitatem, & testificari possit de iis, qua ante cecitatem vidit, si tamen Parochus sit, vel testis, ad Matrimonium contrahendum ejus presentia non sufficit.
- 88 Parochi presentia sufficit, etiamsi ad alium finem vocatus, vel casu presens sit.
- 89 Doctores plures contrarium tenentes referuntur, quorum opinio non videtur improbabilis.
- 90 Parochi presentia, etiam irregularis, suspensi, vel excommunicati, quamvis non tolerati, sufficit.
- 91 Matrimonium celebratum coram Parocho notorio fornicatore, non tamen adhuc in judicio condemnato, & confesso, validum est.
- 92 Matrimonium contractum coram schismatico Parocho, saltem coloratum titulum habente, si non fuit ut talis declaratus, & Parochia privatus, validum est.
- 93 Parochus interdictus, seu prohibitus ab Episcopo, aut ejus Vicario, ne aliquos conjungat, validè Matrimonio assistit.
- 94 Matrimonia celebrata à Parocho putativo ex communi errore sunt valida.
- 95 Parochus, vel Sacerdos de illis licentia extra Parochiam, vel Episcopatum sine licentia Parochi, & Episcopi loci validè assistit Matrimonio suorum Parochianorum.
- 96 Parochus, & testes in celebrandis conjugis non sustinent publicam alicujus officij auctoritatem.
- 97 Parochus in aliena Parochia sine licentia Parochi, vel Episcopi loci assistens Matrimonio suorum Parochianorum, cessante scandalo non peccat, nec puniendus venit.
- 98 Parochi unius presentia sufficit, quando contrahentes sunt diversarum Parochiarum.
- 99 Parochus delegatus, vel vicecuratus potest Matrimonio assistere.
- 100 Parochus delegatus ad universam Parochie curam, potest delegare facultatem assistendi Matrimonio, & num. 115.
- 101 Vicecuratus institutus ad universitatem causarum, ubi est consuetudo ut possit substituere ad universam Parochie curam, potest delegare licentiam assistendi Matrimonio, aut ministrandi aliud Sacramentum.
- 102 Parochus quando presens assumit Vicarium locantem operas, ut illum adjuvet, hic Vicarius non potest delegare.
- 103 Parochus habens injustum beneficij titulum, quandiu possessione non spoliatur, potest Matrimonio assistere.
- 104 Laicus communi errore habitus pro Sacerdote, de Parochi licentia validè Matrimonio assistit.
- 105 Parochus non Sacerdos validè Matrimonio assistit.
- 106 Parochus assistens in peccato mortali, validè Matrimonio assistit.

- 107 Parochus proprius Matrimonio interesse non valens, alium sui vice, & loco Sacerdotem substituere poterit.
- 108 Regularis potest de licentia Parochi matrimonio assistere.
- 109 Parochus fide concedens facultatem assistendi matrimonio, illud non efficit invalidum.
- 110 Parochus irregularis, & etiam excommunicatus non toleratus, potest valide alteri dare licentiam assistendi.
- 111 Sacerdos degradatus valide assistit Matrimonio de licentia Parochi.
- 112 Parochus licentiam assistendi Matrimonio non potest concedere Clerico non Sacerdoti.
- 113 Matrimonium de licentia Parochi coram Acolyto celebratum tempore pestis, vel alterius necessitatis, est invalidum.
- 114 Parochus potest concedere facultatem alteri Sacerdoti conjungendi sponfos, non solum in propria Parochia, sed etiam extra illam.
- 115 Parochus proprius cogi potest ad assistendum Matrimonio, si illi alioquin licito intervenire nolit, vel licentiam alii Sacerdoti interveniendi concedere.
- 116 Ordinarius facultatem concedere potest alicui Sacerdoti Matrimonio assistendi suorum diocesanorum.
- 117 Vicarius generalis Episcopi ex proprio officio potest Matrimonium interesse, & alij Sacerdoti licentiam assistendi concedere.
- 118 Ordinarij appellatione venit Episcopi Vicarius.
- 119 Episcopi jurisdictione suspensa per excommunicationem, aut suspensionem, potest ejus Vicarius valide interesse Matrimonio, aliisque committere.
- 120 Vicarius Episcopi, qui Sacerdos non est, non potest presentiam Matrimonio contrahendo prestare, sed tantum Sacerdotem delegare.
- 121 Jurisdictionem habens quasi Episcopalem potest facultatem concedere assistendi Matrimonio suorum diocesanorum.
- 122 Abbas Ecclesie nulli Episcopo subiecta potest hujusmodi facultatem concedere.
- 123 Capitulum Sede vacante potest etiam hujusmodi licentiam concedere.
- 124 Legatus respectu provincie sue legationis eandem habet potestatem.
- 125 Archiepiscopus non potest conjungere in matrimonium subditos suorum suffraganeorum, vel facultatem concedere eos conjungendi, nisi actu visitet.
- 126 Licentia ad assistendum Matrimonio debet esse expressa.
- 127 Licentia generalis ad administranda Sacramenta, vel exercenda omnia intra suam Parochiam ad curam animarum spectantia, sufficit.
- 128 Licentia hac verbalis sufficit, non autem requiritur in scriptis concessa.
- 129 Licentia debet actum precedere.
- 130 Matrimonium nullum est, cui Sacerdos aliquis Parochi nomine presens fuit, nulla ab eo petita licentia, etiamsi postea factum ratificaret.
- 131 Licentia data ad interessendum matrimonio non debet esse revocata, qua tunc talis censetur, quando illis, quibus concessa fuit, per certum nuntium, aut litteras significata sit.
- 132 Licentia data a proprio Parocho alicui Sacerdoti, si interim Parochus moriatur, non expirat.
- 133 Licentia obrenta metu, vel dolo sufficit, nisi per dolum, & mendacia versantia circa substantiam, vel causam finalem extorqueatur.
- 134 Licentia data contra prohibitionem Episcopi valida est.
- 135 Sacerdos non debet credere dicentibus se habere licentiam a Parocho.
- 136 Probandi onus incumbit asserenti licentiam proprij Parochi in contrahendo Matrimonio requisitam, non intervenisse, quando contra eam opponitur a tertio.
- 137 Testium duorum, vel trium presentia ultra Parochi assistentiam necessaria est ad valide Matrimonium contrahendum.
- 138 Testes in Matrimonio necessarij possunt esse quicumque rationis compotes, quamvis impuberes, consanguinei, domestici, femina, aut infames.
- 139 Testes ad Matrimonium non requiruntur rogati, & sufficiunt repugnantes, ac per violentiam presentes.
- 140 Matrimonium contrahens sine Parocho, & testibus peccat mortaliter, quia invalide contrahit.
- 141 Parochi, & testium presentia defectus non est impedimentum dirimens sponsalia.
- 142 Sponsalia clandestine contrahentes non peccant.
- 143 Matrimonium absque presentia Parochi, & testium contractum, in vim sponsaliorum non resolvitur.
- 144 Obligatio nulla, nec civilis, nec naturalis oritur ex consensu praestito in Matrimonio clandestino.
- 145 Actus a principio nullus nullum producit effectum.
- 146 Doctores asserentes Matrimonium clandestinum habere vim sponsaliorum, referuntur, & illorum fundamentis respondetur.
- 147 Matrimonium in articulo mortis, vel tempore pestis, aut belli, sine Parocho, & testibus invalidum est.
- 148 Sponsalia non transeunt in Matrimonium subsequuta copula coram Parocho, & testibus.
- 149 Cohabitatio non efficit hodie matrimonium.
- 150 Traductio sponsae ad domum mariti cum solemnibus apparatu, non efficit hodie matrimonium, nisi traductione ipsa novus consensus coram Parocho, & testibus exprimat.
- 151 Contrahentes sine Parocho, & testibus, licet inhabiles dicantur ad sic contrahendum, non manent inhabiles ad rursus inter se contrahendum.
- 152 Contrahere coram Parocho, & testibus non obligatur ignorantes Concilium, & habitatores locorum, ubi adhuc promulgatum non fuit.
- 153 Incola unius loci, in quo promulgatum, & acceptatum fuit Concilium, si alio migrent, ubi non est acceptatum, possunt valide contrahere clandestine.
- 154 Commorantes inter infideles, captivi, vel mercium congerendarum causa, etiamsi ex his locis sint oriundi, in quibus receptum est Concilium, non tenentur contrahere juxta illius formam.
- 155 Incola illius loci, in quo non est promulgatum Concilium, tenetur contrahere coram Parocho, & testibus, si divertat ad locum in quo receptum est.
- 156 Matrimonium celebratum sub honesta conditione de futuro, ut valide fiat, necessarium est conditionem adimplere coram Parocho, & testibus: & quid si conditio sit de presenti, vel de praeterito? ibid.
- 157 Matrimonium qui jam contraxere, invalide tamen, propter defectum consensus, aut metum, non tenentur iterum coram Parocho, & testibus contrahere.
- 158 Infidelium matrimonium ut fiat Sacramentum, non est necessaria facienda expressio, vel ratificatio consensus coram Parocho, & testibus.
- 159 Parochi, & testium presentia requiritur, ut matrimonium celebratum per procuratorem sit validum.
- 160 Parochus, vel quicumque alius Sacerdos Regularis, qui matrimonio clandestino interfuerit, incurrit poenam triennalis suspensionis ab officio.
- 161 Verbum, suspendatur, cum sit futuri optativi, importat sententiam ferendam.

- 162 *Pœna suspensionis triennialis, quam de jure communi incurrit, qui Matrimonio clandestino interest, non est sublata per Concilium.*
- 163 *Parochus ob licentiam concessam alii Sacerdoti assistendi Matrimonio clandestino, non incurrit prædictam suspensionis censuram.*
- 164 *Parochus triennio suspensus, si eodem durante triennio assistat alteri clandestino conjugio, suspendaturque iterum triennio, an posterius triennium confundatur cum primo, vel incipiat completo priori.*
- 165 *Suspensus ab officio, quia interfuit Matrimonio clandestino, non est suspensus à Beneficio.*
- 166 *Episcopus non valet dispensare à suspensione trienniali.*
- 167 *Episcopus non potest absolvere à suspensione temporaria intra tempus, nec virtute Decreti Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6.*
- 168 *Parochus tenetur interrogare contrahentes de mutuo consensu, alias si omittat, graviter peccabit.*
- 169 *Ad validitatem Matrimonii non pertinet, ut Parochus assistens aliquibus verbis in ejus celebratione utatur.*
- 170 *Omissio verborum, ego vos in Matrimonium conjungo, &c. est peccatum mortale.*
- 171 *Parochus curare debet, ne contrahentes in peccato mortali ad Sacramentum Matrimonii accedant.*
- 172 *Contrahentes Matrimonium cum peccato mortali nondum deleto per Contritionem, vel Confessionem, indignè accipiunt Sacramentum, & peccant mortaliter, quatenus tantum recipiunt, non verò quatenus administrant, nec quatenus Concilii præceptum infringunt, cum consilium solummodo contineat.*
- 173 *Matrimonium an possit impediri donec contrahentes Orationem, salutationem Angelicam, & Dominicam didicerint, Symbolum Fidei, & præcepta Decalogi, ac Ecclesia, septemque peccata capitalia.*
- 174 *Parochus sub peccato mortali tenetur habere librum, in quo conjuges, testes, diem mortis, & annum scribat.*
- 175 *Liber hic mortuis testibus & Parocho, probat Matrimonium contractum.*
- 176 *Liber Baptismi à Parocho confectus plenè probat quem baptizatum, & illius ætatem, & quomodo sit faciendus, ostenditur.*
- 177 *Liber eorundem Curatorum probat mortem, excommunicationem, & sepulturam.*
- 178 *Parochi quomodo fidem de his libris facere debeant, advertitur.*
- 179 *Contrahentes ante Ecclesia benedictionem ne cohabitent, hortatur Concilium.*
- 180 *Concilium quamvis excitet ad deliberandum, non obligat ad sequendum.*
- 181 *Matrimonium consummare ante Ecclesia benedictionem, sublato scandalo, & contemptu legis Ecclesiasticæ, non est peccatum mortale.*
- 182 *Excipe si adsit contemptus, vel scandalum, vel lata sit in Diœcesi excommunicatio contra oppositum facientes, & tunc peccabitur tantum prima vice.*
- 183 *Benedictiones non tenetur in secundo Matrimonio recipere, qui semel contraxit, & mortuo primo conjugè aliud iniiit, etiamsi fortè primum Matrimonium fuerit invalidum.*
- 184 *Benedictio solemniter fit ex consuetudine recepta, si fœmina solum nondum fuisset benedicta.*
- 185 *Benedictiones Matrimoniales possunt fieri à Parocho utriusvis contrahentis.*
- 186 *Benedictionem secundis nuptiis impertiens in causa non permessa, ab officio, & beneficio suspenditur.*
- 187 *Sacerdos hanc suspensionem incurrit, si benedicat secundum Matrimonium non dissoluto primo.*

- 188 *Suspensionis pœna ab officio, & beneficio lata non infligitur ipso jure.*
- 189 *Sacerdos conjungens in Matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochia, absque Parochi, vel Ordinarii licentia, ipso jure tandiu suspensus manet, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.*
- 190 *Suspensionem à beneficio etiam incurrit Sacerdos conjungens in Matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochia, absque Parochi, vel Ordinarii licentia.*
- 191 *Episcopus, vel ejus Vicarius ab hac suspensione absolvere potest.*
- 192 *Regulares Matrimonium administrantes, seu solemnitates, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali, ultra prædictam suspensionem, ipso facto sunt excommunicati excommunicatione Sedi Apostolica reservata.*
- 193 *A prima die Adventus Domini usque ad diem Epiphania, & à quarta feria Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè Matrimonia non possunt celebrari.*
- 194 *Ordinarius potest concedere facultatem celebrandi sponsalia, & Matrimonia dictis temporibus sine solemnitate.*
- 195 *Matrimonium antea contractum prædictis temporibus consummari non prohibetur.*
- 196 *Matrimonium contractum à facto dictis temporibus validum est, contrahentes verò peccabunt mortaliter.*
- 197 *Interdicti tempore, & à personis interdictis Matrimonium absque peccato mortaliter contrahi non potest.*
- 198 *Matrimonium quoad substantiam validè contrahitur tempore interdicti.*
- 199 *Matrimonium unum ex septem Ecclesia Sacramentis confert gratiam.*
- 200 *Matrimonium simul tantum, & ubi primum perfectus est contractus, Sacramentum officitur.*
- 201 *Parochus licet non sit proprius Matrimonii minister, concurrat tamen ad illius validitatem, & aliò quo modo illud administrat.*
- 202 *Cap. capellanus, de feriis, declaratur.*
- 203 *Matrimonium si ab excommunicato contrahatur, validum est, quamvis illicitè contrahatur.*
- 204 *Sponsalia tempore interdicti contrahi possunt.*
- 205 *Benedictiones Matrimoniales tempore interdicti fieri prohibentur.*
- 206 *Benedictiones, & Matrimonium an tunc fieri possint, servata moderatione c. alma mater, §. adjicimus, de sentent. excommunicat. in 6.*
- 207 *Doctores referuntur qui de Sacramento Matrimonii tractatus edidère.*

DENUNCIATIONES fieri debent eorum, qui matrimonio jungi volunt, ut si quis sciat inter eos qui Matrimonio jungendi sunt, aliquod impedimentum esse, illud in medium proferat, juxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1. quæ quidem denunciationes de jure antiquo non erant de substantia Matrimonii, nec hodie ullum jus novum exiat in contrarium: idè non irritari Matrimonium ipsarum omissione, ex juris regulis, & ipsius Concilii decreto manifestè apparet. Nam in eodem Concilio irritans clausula illic inserta in versic. qui aliter quàm presente Parocho; &c. non denunciationum solemnitatem respicit, sed Parochi, & testium præsentiam, quos ad sic contrahendum inhabiles reddit, non obscure innuens alterum defectum minimè Matrimonium vitare, nec etiam contrahentes inhabiles reddere: & exceptio in

hoc casu in cæteris regulam firmare censetur, larg. l. non quod, ad fin. ff. de penu legata, l. quasitum, §. denique, ff. de fundo instruct. Et hoc multis rationibus comprobatur: prima, ipsaque verior omnibus est, quod ubi denunciations de substantia forent, post Matrimonium intervenire non possent, sed in ipso actu adhiberi deberent, cap. auditis, cap. quia propter, de elect. Gloss. & omnes in l. universa, C. de precibus Imperatori offerendis, Panorm. Anton. & Imola in c. cum nos, de his qua sunt à Pralat. Paul. de Castro, Roman. Alexand. & Iason in l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquir. hered. individuum enim est quicquid ad solemnitatem actus pertinet, ut nec dividi, aut superari ab actu possit, l. cum auctoritas, C. de testam. l. heredes palam, in fine, ff. eodem tit. atque ideo uno & eodem tempore adjungi, & præstari debent, l. cum hi, §. si Prator, de transact. cum aliis citatis per Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 2. num. 12. Unde fit, ut denunciations non sint de substantia, aut forma, cum possint Ordinarii arbitrio ex causa prætermitti. Ideo hanc sententiam tuentur, & sequuntur Navar. in man. cap. 2. num. 70. vers. tertio, & consil. 17. num. 4. sub tit. de sponsalibus, in novis. Salzed. ad Bernard. cap. 75. aliàs 76. in noviss. imp. addit. 2. verb. Suspenditur ab officio, vers. ante omnia, Perez l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinam. Hippol. Riminald. conf. 691. num. 34. lib. 6. Cavalcan. decis. 29. de judic. n. 18. p. 1. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 5. §. 1. Vega in sum. lib. 3. casu 166. Vivald. in candelabro aureo, tit. de Matrim. n. 84. & 85. Sarmient. select. lib. 1. cap. 6. num. 7. Petr. de Ledesma de Matrim. quest. 45. art. 5. punct. 2. dub. 1. concl. 2. & in sum. part. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 6. in fine, Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 217. n. 2. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 3. n. 21. in med. Segura in direct. Iudicium Ecclesiastic. part. 2. cap. 15. num. 36. & cap. 16. num. 1. Marien. in rub. tit. 1. gloss. 1. num. 34. lib. 5. nova recopil. Spin. in speculo test. gloss. 15. princip. à n. 24. Gutier. de juram. confirm. part. 1. cap. 51. n. 2. & canonic. lib. 1. cap. 19. n. 12. & pract. lib. 2. quest. 4. num. 13. & in tract. de Matrim. cap. 56. num. 2. & cap. 73. num. 1. Chamerota de Sacram. tract. 12. de Matrim. dub. 17. pag. 724. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 81. n. 7. Pialec. in praxi nova Episc. p. 2. cap. 4. num. 19. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, part. 2. cap. 9. num. 45. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 257. in 1. edit. & resol. 224. num. 6. in 2. edit. Ugolin. de potest. Episcopi c. 15. §. 11. num. 6. Armend. in addit. ad recopilat. legum Navarra, lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim. num. 2. & 3. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 2. differ. 11. num. 45. Martha de jurisdict. part. 4. casu 71. num. 11. cum seqq. Campanil. in divers. Juris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 143. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 5. Rebel. de obligat. justitia, p. 2. lib. 2. quest. 7. sect. 2. n. 8. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. n. 222. Coninch. de Sacram. tom. 2. disp. 27. num. 49. Bonacina de Matrim. quest. 2. punct. 6. num. 6. Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 17. §. 2. num. 5. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 15. num. 7. Basil. Pont. in novissimo tract. de Sacramento Matrim. lib. 5. cap. 30. num. 2. Rot. decis. 75. num. 11. part. 1. recent. & decis. 390. n. 5. apud Farinac. p. 2. recent. & apud Postium post tract. mandati de manutenendo, decis. 241. num. 12. Ex quibus rectè infertur, duos clarissimos Iuriconsultos non bene sensisse, qui palam responderunt, Matrimonium omissis denunciations celebratum, irritum esse etiam hodie, juxta Concilii dispositionem, prout consuluere Cephal. consil. 421. à num. 1. lib. 3. & Menoch. consil. 79. num. 70. lib. 1. atque alius inter ejusdem consilia lib. 4. consil. 398.

2 Peccatum tamen mortale esse, quando hujusmodi denunciations omissis sine facultate, aut legitima causa, quia violatur præceptum in re gravissima, tenent Salzed. cap. 76. addit. 2. vers. peccaret, ubi subdit

peccare graviter Parochum, qui Matrimonium prætermittis denunciations celebraret, ac contrahentes ipsos, & testes scienter interessentes, Chamerota d. dub. 17. notab. 1. Petr. de Ledesma in tract. de Matr. quest. 45. art. 5. vers. sed aliud est dubium, & in sum. part. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. conclus. 6. Spin. dict. gloss. 15. num. 26. Ceval. commun. contra commun. q. 604. num. 85. Gutier. de juram. confirm. p. 1. cap. 51. num. 29. & d. tract. de Matrim. cap. 56. num. 4. & cap. 67. num. 1. Aloyf. Ricc. d. resol. 224. num. 2. Coninch. disput. 27. num. 51. Reginald. dict. lib. 31. num. 223. Fernandez in examine Theologia moralis, part. 3. cap. 16. §. 2. num. 12. Basil. Pont. in novissimo tract. de Sacram. Matrim. lib. 5. cap. 30. num. 3. Sanch. lib. 3. disp. 5. n. 6. & Bonac. dict. punct. 6. n. 8. ubi n. 9. cum Sanch. & Coninch. contra Henriq. resolvit, & sponfos mortaliter peccare, non tantum prima vice consummando Matrimonium absque præmissis denunciations, sed etiam toties quoties habuerunt copulam.

Quod aded verum est, etiam si ipse Parochus mortaliter sciat nullum subesse impedimentum, cum earum omissione possent sequi multa mala, Sanchez d. disp. 5. num. 6. Rebel. d. quest. 7. n. 10. Gutier. d. c. 57. n. 1. Coninch. d. num. 51. vers. aliqui Regulares, n. 23. d. loco, Bonac. d. quest. 2. punct. 6. num. 7. contra Sotum n. 4. dist. 28. q. 1. art. 2. ad 1. & alios asserentes, non esse peccatum mortale, quando Parochus adhibuit sufficientem diligentiam ad inquirendum, an aliquod esset impedimentum. † Quando verò Parochus omittit unam tantum denunciationem, & moraliter certus est nullum subesse impedimentum, tunc videtur à mortali excusandus ratione parvitatæ materiæ, quamvis reprehendendus, si hoc faciat. Ita Sylvest. verb. Matrimonium 6. q. 7. Sanch. d. loco, n. 7. Ledesma dict. quest. 45. art. 5. & alii quos refert, & sequitur Gutier. d. c. 67. num. 1. contra Coninch. d. n. 51. existimantem mortaliter peccare. † Si verò Parochus timore mortis assistat Matrimonio omissis denunciations debitis, non peccat, nisi id faciat in contemptum clavium: ita post Sanchez Galet. in marg. casuum conscient. verb. Parochus, § 4.

Parochum, qui omissis tribus denunciations sine licentia Ordinarii aliquos desponsavit, posse ab Ordinario puniri, dicit decisum Armendar. in addit. ad recap. legum Navarra, lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim. num. 4. & suspendendum esse ab officio per triennium, ex cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat. tenet Henriq. lib. 11. cap. 5. num. 6. quem refert, & sequitur Bonac. d. punct. 6. num. 3. Sahag. ad tit. de sponsalibus, num. 56. Nam † quando propria auctoritate, & sic illicitè denunciations prædictæ omittuntur, dicitur Matrimonium clandestinum ad incurtendas pœnas clandestinis Matrimoniis appositæ, etiam si fiat coram Parocho, & testibus. Ita Petr. de Ledesma dict. cap. 6. dub. 3. prope finem. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 6. n. 2. lit. M, Gutier. pract. lib. 2. quest. 4. & de Matrim. cap. 55. n. 5. Sanch. lib. 3. disp. 1. n. 7. Coninch. d. tom. 2. disp. 18. num. 103. & disp. 27. n. 83. Francisc. Molin. d. differ. 11. à num. 40. contra Sot. in 4. sent. dist. 28. quest. unic. art. 1. & Alphonf. de Castro de justa haret. punit. lib. 2. c. 18.

Quæ denunciations faciendæ sunt, ut validè fieri debeant, à Parocho, vel ab alio de licentia ipsius Parochi, ut resolvunt Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 217. num. 6. Sanch. lib. 3. disp. 6. à num. 4. Coninch. disp. 27. dub. 5. num. 50. Reginald. lib. 31. num. 225. Bonac. dict. quest. 2. puncto 6. num. 12. † in utraque sponsi, & sponsæ Parochia, quando sunt diversarum Parochiarum; quia illi qui sunt de Parochia mulieris, fortasse nesciunt impedimentum viri, & è contra. Ita Petr. de Ledesma quest. 45. art. 5. puncto 3. & in sum. part. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 7. vers. ha se de advertir

advertit, Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 3. n. 21. Ugolin. de potest. Episcopi, cap. 15. §. 11. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Matrim. §. 5. Polleuin. d. cap. 10. n. 8. Henriq. lib. 11. cap. 7. §. 1. Sanch. lib. 3. disp. 6. num. 4. Rebell. d. part. 2. lib. 2. quest. 7. n. 10. vers. quo loco, Reginald. lib. 31. num. 225. Chamerot. d. dub. 17. vers. quinto, Coninch. disp. 27. num. 40. Basil. Pont. de impedim. Matrim. cap. 26. §. 4. in princip. Guttier. de Matrim. cap. 56. n. 5. Bonacina d. q. 2. puncto 6. n. 10.

11 † Si verò contrahentes plura habuerint domicilia, seu Parochias, faciendæ sunt hujusmodi denunciations in ea, in qua diutius habitant, & principaliorē habent larem, vel potius in ea, in qua verosimilius est sciri impedimenta, ut in Parochia, in qua fuit antiqua parentum habitatio, non verò in loco, quem modò quasi ignotus cepit inhabitare, quia tunc antiquius domicilium est petendum. Ita Ledesma d. art. 5. Fr. Emman. cap. 217. num. 6. Sanchez lib. 3. disp. 6. à num. 4. Reginald. lib. 31. num. 225. Coninch. disp. 27. num. 50. Guttier. cap. 56. n. 6. Bonac. d. punct. 6. n. 11. Sanch. d. disp. 6. num. 6.

12 Fieri autem debent hæ denunciations tribus diebus festivis continuis, Bonacina d. puncto 6. n. 14. Chamerota d. dub. 16. vers. secundo, Sanch. lib. 4. disp. 6. num. 8. Reginald. lib. 31. num. 225. etiamsi sibi succedant, ut intellexit Basil. Pont. d. cap. 26. §. 4. in princip. Sed melius intelligendum est de festis, quæ sibi non succedunt immediatè, cum Reginald. ubi proxime, Segura in direct. judicium, part. 2. cap. 16. n. 20. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 224. n. 4. in 2. impress. Coninch. d. tom. 2. disp. 28. num. 47. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 15. n. 15.

13 in fine. Unde ratione parvitatæ materiæ credo Parochum non peccare mortaliter, si uno, vel altero die festo omitrat denunciations, dum modò inter unam, & alteram multos dies festos non interponat; quia tunc faciendo contra prohibitionem Ecclesiæ in re gravi, peccabit mortaliter: nam ob magnum temporis intervallum, seu moram fieri potest, ut Parochiani tardiores evadant ad deferenda impedimenta, & interim obliviscantur præcedentium denunciationsum. Ita Sanch. d. disp. 6. cap. 8. Guttier. cap. 56. num. 4. ad fin. Polleuin. d. cap. 10. n. 4. & 5. Coninch. d. disput. 27. dub. 5. num. 47. Reginald. lib. 31. num. 226. Bonac. d. punct. 6. n. 15. contra Henriq. cap. 7. n. 11. d. loco.

14 Ex quo fit, hujusmodi denunciations diebus feriabilibus fieri non posse, etiam cum dispensatione Episcopi, cum super hac conciliari dispositione dispensandi potestatem non habeat. Ita Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Matrimonium, §. 4. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. cap. 15. num. 4. Chamerota d. dub. 17. vers. quarto, Ugolin. dict. cap. 15. §. 11. n. 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 83. n. 28. Sanchez lib. 3. disp. 6. num. 9. & secundum hanc opinionem Sacram Congregationem decidisse refert praxis Neapol. cap. 26. num. 10. quam citat Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 224. num. 3. in nova impress. Addo tamen † eas fieri posse alio die, quam festo, eo scilicet, quo ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedit, ut accidit quando insignis concionator concionem habiturus est, vel est dies festus vocationis illius Ecclesiæ, etiamsi non servetur, nisi usque ad meridiem, cum Concilij fini hoc modo satisfactum sit. Ita Sanchez d. disp. 6. num. 9. Reginald. d. lib. 31. num. 227. Guttier. de Matrim. cap. 56. num. 8. Bonacina d. q. 2. puncto 6. num. 18. & 19. Polleuin. d. cap. 10. num. 12. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 15. num. 9. in fine.

16 Hinc etiam fit, denunciations valide posse fieri extra Ecclesiam, & Missarum solemniam, si magnus adsit populi concursus, & locus aptus sit, ut ad multorum notitiam perveniat. Ita Sanchez d. num. 9. Basil,

Pont. d. cap. 26. §. 4. in primo. Reginald. lib. 31. n. 227. Guttier. cap. 56. num. 7. Bonacina d. quest. 2. punct. 6. num. 17. Hurtad. de Matrim. disp. 5. diff. 18. n. 61. in fine, ubi intelligit si id sit consuetudine introductum.

17 Sic etiam extra Ecclesiam Matrimonium licet celebrari potest, quia ad hoc ut dicatur celebrari in facie Ecclesiæ, non est opus, ut in ipsa materiali Ecclesia, vel in ejusdem limine celebretur, sed sufficit ut coram aliqua fidelium multitudine fiat, quæ tanquam quædam Catholicorum congregatio, censeretur potest Ecclesia, juxta text. in cap. Ecclesia, de consecr. distinct. 1. cap. relatum, et 2. de testam. Gloss. verb. Prefatam Ecclesiam, in cap. fin. ne Pralati vices suas. Unde † Ordinarius non potest prohibere, quin Matrimonia domi celebrentur, servata Concilij forma; sed cum maximè deceat, ut in Ecclesia celebrentur, id hortari debet, non præcipere: ita decisum referunt Francisc. Leo in Thesouro fori Ecclesiastici, part. 2. cap. 8. num. 48. Basil. Pont. d. cap. 26. §. 3. vers. 3. Rebel. d. part. 2. lib. 2. quest. 7. n. 11. Sanchez lib. 3. disp. 15. n. 20. Reginald. lib. 31. num. 242. me citato in hoc loco, Diana moral. resolut. p. 3. tract. 4. res. 279. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Ecclesiastici. cap. 15. num. 15.

18 Cum probabiliter timetur impediendum malitiosè Matrimonium, si trina monitio, vel una tantum præcedat, Parocho, & testibus præsentibus celebrari potest Matrimonium, dummodò postea ante consummationem denunciations fiant, nisi Ordinarius, cujus id prudentiæ committit Concilium, aliter judicet debere fieri: vide Perez l. 1. tit. 14. lib. 8. Ordinam. pag. 284. Menoch. conf. 69. Armendar. d. loco, num. 21. & 35. Guttier. canonic. lib. 1. cap. 19. & tract. de Matrim. cap. 37. num. 3. Franc. Molin. diff. 11. n. 52. cum seqq. Sanch. lib. 3. disp. 9. Coninch. d. disp. 27. n. 52.

19 † Nullo modo tamen Parocho, quoties timetur malitiosè Matrimonium impediendum, potest hujusmodi denunciations omittere, ut fiant antequam consummetur, nisi dispensatio difficillimè obtineri possit, Henriq. lib. 11. cap. 5. §. 5. Sanch. lib. 3. disp. 7. n. 17. Coninch. d. disp. 27. n. 53. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. fin. casu 4. Menoch. confil. 69. n. 91. Navar. conf. 1. sub tit. de clandest. despons. in utraque edit. Guttier. can. lib. 1. cap. 19. num. 1.

20 Qui non justè impedire potest, is malitiosè facere dicitur, argum. text. in l. 1. §. hujus, ff. de officio ejus, & l. qui testam. §. mulier, ff. de testam. cum latè traditis per Cephal. conf. 321. n. 21. cum seqq. lib. 3. Guttier. Canonic. lib. 1. cap. 20. num. 12. Et cum Sacrum Concil. in eo cap. 1. non declaret, quibus verè, an malitiosè animus impediendum detegatur conjecturis, † rectè facturos Ordinarios existimo, si jusjurandum præstent impediendum, quo jurare eos cogant, non malitioso animo se impedimenta afferre, & propalare; † animus enim non nisi juramento probari potest, ex Bart. in l. admonendi, num. 9. ubi Alexand. n. 10. ff. de jurejur. Menoch. de arbitrar. casu 241. num. 4. & casu 186. num. 3. & 4. † Qui tamen, ut Matrimonium impediatur, falsè impedimenta denunciat, arbitraria pœna punitur, ut habetur in cap. cum inhibitorio, §. fin. punct. Gloss. ibi, & Anchar. num. 13. de clandest. despons. Menoch. casu 453. num. 1. Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 15. §. 11. num. 6.

21 Vi harum denunciationsum qui novit aliquod impedimentum inter volentes contrahere, etiamsi occultum sit, & illud probare non possit, sub peccato mortali tenetur denunciare. Ita Guttier. canonic. lib. 1. cap. 11. num. 12. & 27. & de Matrim. cap. 59. Sanchez lib. 3. disp. 13. num. 2. Coninch. disp. 27. dub. 7. n. 61. Reginald. lib. 31. n. 28. Chamerot. d. dub. 17. vers. nono, Hurtado de Matrim. disp. 5. diff. 21. novissimè

mè Marcel. *Vulpe dict. cap. 15. num. 22.* Bonacina *d. quest. 2. punct. 6. n. 20.* ubi etiam resolvit cum aliis, procedere quando agitur de damno alterius vitando, & quamvis impedimentum acceptum sit sub secreto, vel auditum ab aliis, dummodo sint personæ fide dignæ & fecus verò si audierit à persona nihil certum sciente, vel si non meminerit à qua persona audivit.

26 Cognoscens aliquod impedimentum, vel sub secreto, vel occultum, itaut solus ipse noverit, præcipuè si nascitur ex infamia, aut peccato, non tenetur detegere, sicut nec tenetur impedimenta denunciare cum gravi suo incommodo, vel aliorum scandalo: vide Fr. Emman. *in sum. part. 1. cap. 217. num. 9.* Chamezota *ubi proximè*, Bonacina *d. punct. 6. num. 20.* optimè Basil. Pont. *d. cap. 26. §. 4. vers. denique*, ubi ex Paul. Comit. *respons. moral. lib. 1. quest. 112.* duo Matrimonia vix opinabilia refert, quæ etiam ego referrem, nisi brevitati studuissem: obstrictus tamen impedimento tenetur desistere à Matrimonio contrahendo, & illud manifestare judici interroganti, Sanchez *lib. 3. disp. 14.* Coninch. *disp. 27. n. 64.* Guttier. *cap. 69. num. 13.* Reginald. *lib. 31. n. 328. ad finem*, Bonacina *d. punct. 6. num. 21.* & de hac re vide infra *alleg. 96. num. 44. cum seqq.* In denunciationibus Matrimonij assertioni Parochi standum est, concurrente verisimilitudine proveniente ex taciturnitate, & non reclamatione partium, Rot. *divers. part. 2. decis. 91. n. 1.* quam refert Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico teste, §. 1. num. 10.*

27 Attento Jure antiquo non poterat Episcopus dispensare, ne denunciationes prætermitterentur in Matrimonio, quia erant præceptæ in generali Concilio Lateranensi, de quo *in cap. cum inhibitis, de clandest. despons.* in cujus lege nequit Episcopus dispensare, ut suo loco dicemus. Ita Salzedo *d. cap. 76. vers. Dispensat, lit. D.* Henriq. *lib. 11. cap. 5. §. 5. in comm. lit. S.* Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 1.* qui limitant in casu urgentis necessitatis, vel ex consuetudine scita, & tolerata à Pontifice. Sed hodie potest Ordinarius ex causa sibi bene visa dispensare, ut omittantur omnes denunciationes, vel aliqua illarum, ante, & post Matrimonij consummationem, ut expressè definitur in Concilio Trident. *d. cap. 1.* Menoch. *consil. 453. num. 5.* Henriq. *d. cap. 5. §. 5.* Salzed. *ubi proximè*, Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de Sacramento Matrim. cap. 6. conclus. 7.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. num. 51.* Ugolin. *de potestate Episcop. cap. 60. à num. 3.* Basil. Pont. *d. cap. 26 §. 4. vers. debent*, Sanch. *lib. 3. disp. 7. n. 4. cum seqq.* Franc. Molin. *d. differ. 11. n. 58.* Reginald. *d. lib. 31. à num. 232.* Campanil. *in diversor. Juris Canon. rubr. 6. cap. 3. num. 42.* Possevin. *de officio Curati, cap. 10. de Matrim. num. 2.* novissimè Marcel. *Vulpe in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 15. n. 8.* ubi *num. 11.* ponit practicam, quæ solet observari in remittendis denunciationibus, quam tamen non esse necessariam affirmat, quia satis est, quod Ordinarius extrajudicialiter se infirmet, & fiat certior de causa, me citato *in hoc loco*, Alzedo *de præcellent. Episc. dign. part. 2. cap. 7. n. 28.* Hurtado *de Matrim. disp. 5. diffic. 16. in princ.*

28 Ex his sequitur, quod cum Ordinarij appellatione veniat etiam Episcopi Vicarius, poterit is in vim dicti verbi denunciationes remittere, si sibi videbitur expedire. Quod autem Ordinarius dicatur, probant Gloss. *verb. Generaliter, in cap. Romana, de appellat. in 6.* & Gloss. *verb. Vicarii, in cap. tua, de officio Vicarij*, Covar. *practic. cap. 4. num. 7. & lib. 3. variar. cap. 20. n. 4.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. q. 55.* Flamin. *de resignat. lib. 3. quest. 11. num. 19.* Sic etiam quoties aliquid Episcopo conceditur, persona Vicarij non excluditur, sed potius sub eadem dispositione comprehen-

sa videtur, ex Sanchez *d. lib. 3. disp. 7. n. 10. & disp. 29. num. 16.* Erasim. à Cochier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 1. n. 10.* nisi Vicarius reperitur expressè exclusus, & dummodo materia Vicario ex ejus officio conveniat, Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 1. q. 43. num. 28. & 29. & quest. 201. n. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 83. num. 12.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. cap. 26. n. 1.* Guttier. *de Matrim. cap. 59. n. 11.* novissimè Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 97. num. 1.* ubi idem dicit, nisi apposita esset taxativa tantum, † Unde posse Vicarium Episcopi denunciationes remittere, prædictis rationibus censuerunt Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 217. num. 4. in 2. edit.* Segur. *cap. 16. num. 2. & 3.* Salzed. *d. cap. 76. lit. D. vers. sed dubium*, Petr. de Ledesma. *in sum. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 7. dub. 1.* Jacob. Sbroz. *de Vicario Episc. lib. 2. quest. 201. n. 1. & seq. & q. 43. num. 28. & 29.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 24. n. 26.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 19. n. 13. & de Matrim. c. 56. n. 11.* Cochier. *d. tract. de jurisdict. Ordin. ubi proximè*, Lazar. *de monitoriis, sect. 1. q. 6. num. 4.* Basil. Pont. *d. cap. 26. §. 4. vers. debent*, Cavalcan. *decis. 29. n. 17. p. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 259. in 1. edit. aliàs resolut. 126. in 2. edit.* Bonacina *d. q. 2. puncto 6. n. 7. vers. dixit*, Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 9. & 10.* ubi *n. 21.* quod etiam potest delegare, Reginald. *lib. 31. n. 233.* Sahagun *ad tit. de sponsalib. n. 53.* Ceval. *commun. contra commun. q. 604. n. 92. ad finem*, Coninch. *d. disp. 27. n. 55.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 83. n. 10. cum seqq.* citati à Nicol. Garcia *de benefic. part. 3. cap. 8. n. 54.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 8. n. 20.* ubi *n. 22.* limitat in Vicario foraneo, Gasp. Hurtad. *de Matrim. disp. 5. diffic. 19. n. 63.* novissimè Marcel. *Vulpe in d. praxi, cap. 15. num. 10.* Alzedo *d. p. 2. cap. 7. n. 32.* ubi *n. 33.* limitat in Vicario foraneo, Sperel. *d. decis. 97. n. 6.* & hanc opinionem veram, & receptiorem esse testatur Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum, part. 1. n. 216.* Quamvis contrarium, imò Vicarium generalem Episcopi jure proprio, & auctoritate sibi à Concilio concessa non posse denunciationes remittere, cum in generali concessione dispensandi potestas non includatur, teneant Cephal. *consil. 421. n. 72. cum seqq. vol. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 453. n. 5. & consil. 69. num. 55. cum seqq.* Franc. Molin. *d. differ. 11. num. 64. cum sequentibus.* Suar. *de Pace in pract. tom. 2. prælud. 3. in fine*, Spin. *d. gloss. 15. princ. n. 29.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. n. 5.* Anton. Gomez *in explic. Bull. Cruciate, cap. 4. n. 19. & 21.* Possevin. *d. cap. 10. num. 2.*

Hinc etiam fit, habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Diocesano subditos, posse hujusmodi denunciationes remittere, cum Ordinarij appellatione veniant. Ita Navar. *consil. 5. sub tit. de sponsal. in 1. edit. & cons. 2. sub tit. de clandestina desponsat. in 2. edit.* Fr. Emman. *in sum. p. 1. cap. 217. n. 4. in 2. edit.* Henriq. *lib. 11. cap. 5. §. 5.* Sanch. *lib. 3. disp. 7. num. 4.* Sahagun *ad tit. de sponsal. n. 53.* Hurtado *d. disp. 30. diffic. 19. num. 63. in med.* novissimè Marcel. *Vulpe d. cap. 15. n. 9.* me citato *in hoc loco*, Salgado *de suppli. cat. ad Sanctiss. part. 2. cap. 4. num. 21.*

Sic etiam Abbates, qui Ordinarij sunt, & habent jurisdictionem quasi Episcopalem, possuntque omnia regulariter, quæ Episcopi in sua Diocesi, circa ea, quæ sunt jurisdictionis, juxta Gloss. quam inibi commendat Bonifac. & reliqui *in Clem. 1. verb. Proprij. de rebus Eccles. non alienand.* & dicit † solemnem Navar. *d. consil. 5. de sponsalib. n. 4.* poterunt denunciationes remittere. Ita Sanch. *d. disp. 7. n. 4.* Flores de Mena *variar. resol. lib. 3. quest. 24. n. 26.* Sayr. *de decis. 9. de sponsalib.* Francisc. Molin. *d. differ. 11. n. 60.* Steph. Gratian. *d. cap. 83. n. 15.* Molfes. *d. cap. 8. n. 21.* Hurtado *d. num. 63. propè fin.* novissimè Marcel. *Vulpe*

in praxi cap. 15. num. 9. Salgado d. cap. 4. num. 12. qui non tantum Sacri Concilij decretum extendunt ad Abbates titulares, sed ad Commendatarios, ut hi etiam possint denunciationes ex causa remittere: duplici moventur ratione, prima quia quidquid potest titularis ratione dignitatis, potest illius Commendatarius, Panormit. in cap. querelam, de electione, quem refert, & sequitur Dec. in cap. clerici, de rescriptum, & secundò, quia cum decretum Concilij de Ordinariis loquatur indefinitè, regula verò indefinita universali æquipollet, Gloss. communiter recepta in cap. ut circa, de elect. Abbas autem Commendatarius Ordinarius dicatur, Gloss. & text. in cap. Ordinarij, de officio Ordinarij, in 6. juncto text. in cap. cum Ecclesiam Prælati, eod. tit. in antiq. id enim poterit concedere, ut in eo nuncupatim tenent Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 7. dub. 1. versic. signese lo secundo, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 8. n. 28. Quamvis Abbates, & Commendatarios in eorum Abbatibus, in quibus habent etiam jura Episcopalia, dictas denunciationes sine speciali concessione Apostolica remittere non posse, dicant decisum Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. n. 55. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra, lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim. in declar. n. 22. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 8. n. 56.

33 Hurtado d. num. 63. in fine. † Item ex eadem ratione Magister Scholæ Salmanticensis respectu Scholasticorum, qui in matricula descripti sunt, poterit hujusmodi denunciationes remittere, ut per Fr. Emman. d. cap. 217. n. 4. Sanchez d. disp. 7. n. 4. Gutierrez de Matrim. cap. 56. n. 9. & de Vicario S. Joan. Hierosol. Basil. Pont. d. cap. 26. §. 4. versic. debent, Molfes. d. tract. 4. cap. 8. n. 21. in fine. Parochus neque instante necessitate, neque etiamsi interveniat justa causa, dispensare valet in denunciationibus, Sanch. lib. 3. disp. 7. n. 17. Coninch. d. disp. 27. dub. 5. n. 53. Alzedo d. p. 2. cap. 7. num. 34.

34 Archiepiscopus tamen in alterius Episcopatu denunciationes remittere non poterit, quoniam nisi in causis appellationum, & aliis paucis à Jure expressis, jurisdictionem in Suffraganeos non habet, ex cap. pastoralis, de Officio Ordinar. resolvit Franc. Molin. d. differ. 11. num. 86.

35 Episcopus unius contrahentis potest cum utroque, etiamsi sint diversæ Diocesis, in denunciationibus dispensare, quia sicut alteruter Episcopus potest utrumque conjungere in Matrimonium, ut suo loco dicitur, ita etiam poterit cum utroque dispensare in denunciationibus. Ita Sanch. d. disp. 7. num. 7. Reginald. d. lib. 31. num. 232. versic. secunda, Coninch. d. disp. 27. dub. 6. n. 54. versic. nota quando, Gutier. de Matrim. cap. 46. num. 10. ad finem, me citato in hoc loco, Alzedo d. p. 2. cap. 7. num. 39. Bonac. d. quest. 2. punct. 6. num. 7. versic. sed modò, ubi contra prædictos Doctores putat restringendam hanc resolutionem ad Episcopum, in cujus Diocesi celebrandum est Matrimonium, qui solum cum utroque contrahente poterit dispensare; ille verò, in cujus Diocesi non est celebrandum Matrimonium, sibi subdito tantum dispensationem concedere poterit, cum nullam habeat jurisdictionem directam, vel indirectam erga subditum alterius Episcopi, in cujus Diocesi celebrandum est Matrimonium.

36 Facultatem dispensandi in denunciationibus poterit Episcopus alteri delegare, cum hoc possit facere habens ordinariam jurisdictionem: tum quia quando fuit Ordinariis concessa potestas dispensandi in denunciationibus, non fuit electa industria personæ, cum non censeatur eligi industria personæ quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut quando fit Prælati præsentibus, & futuris, sicut

accidit in facultate concessa Ordinariis ad dispensandum in denunciationibus. Ita Sanchez lib. 3. disp. 7. num. 20. Suar. de Paz, & Petr. de Ledesma. quos refert, & sequitur Ceval. communium contra commun. quest. 604. n. 93. & 99. Spin. d. gloss. 15. princ. n. 29. Rebuff. in praxi benefic. in forma Vicariatus, n. 155. Reginald. lib. 31. num. 235. in principio, Coninch. disp. 27. n. 35. conclus. 3. Gutier. de Matrim. cap. 56. num. 13. Bonacina d. q. 2. puncto 6. n. 7. versic. secundo, me citato in hoc loco, Alzed. d. part. 2. cap. 7. n. 35. † Hinc fit Vicarium generalem posse facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, non tamen generaliter; nam quamvis non possit constituere alium Vicarium generalem, cap. Clericos, de officio Vicarij, nihilominus potest unam, vel alteram causam delegare, ut ex Sanch. Gutier. Reginald. resolvit Bonacina d. loco.

39 Illa verò facultas dispensandi in denunciationibus, quæ Ordinario conceditur, debet accipi intervenientibus causis, quæ sibi justæ videbuntur; nam Trident. hoc negotium prudentiæ Episcoporum remisit, Henriq. d. cap. 5. §. 5. Gutier. de Matrim. cap. 57. in principio. Bonacina d. puncto 6. num. 7. versic. Dixi, il. 1. Ordinarij non prudenter agunt remittendo denunciationes absque justa causa; & idè ad dispensandum in illis justam requiri causam tenent Menoch. consil. 69. num. 62. & 63. & de arbitr. casu 453. num. 5. Segura in direct. judicium Eccles. part. 2. cap. 16. n. 17. Salzedo in pract. cap. 73. versic. dispenset, Fr. Emman. d. c. 217. num. 5. Suar. de Paz in pract. tom. 2. prælud. 3. num. 11. Henriq. lib. 11. cap. 5. §. 5. Spin. d. gloss. 15. princip. num. 18. Anton. Gomez super Bulla Cruciat. cap. 4. q. 4. num. 26. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 258. in 1. edit. & resol. 225. n. 1. in 2. edit. Sanchez lib. 3. disp. 8. num. 1. Ceval. d. quest. 604. num. 103. Coninch. disput. 27. dub. 6. num. 55. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 19. num. 6. cum seqq. & de Matrim. cap. 57. num. 1. & 2. Bonacina d. quest. 2. puncto 6. num. 7. versic. tertio dubium est. Non tamen necesse esse, ut † judex cognoscat judicialiter causam dispensandi subesse, sed sufficit etiamsi noverit extra judicium; nam Concilium remisit hoc negotium conscientiæ, & prudentiæ Episcoporum, ut cum Sanchez num. 4. & Guttier. cap. 57. num. 2. dictis locis, resolvunt Bonac. ubi proximè, Aloyf. Ricc. d. resol. 225. num. 1. Noguero. tom. 1. allegat. 23. num. 107.

40 Justæ verò ad dispensandum causæ multæ à Doctorebribus afferuntur, easque recenset Sot. in 4. dist. 28. quest. 2. art. 3. Sylvest. verb. Matrimonium 6. q. 7. Bottæ tract. de Synodo Episcop. part. 3. art. 1. Fr. Ludov. in instruct. conscientiæ, part. 1. cap. 87. Piasc. in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. n. 30. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 6. versic. lo secundo, Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Matrimonium, §. 9. Henriq. lib. 11. cap. 16. Aloyf. Ricc. d. resol. 225. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. diff. 11. n. 50. Ugol. de potestate Episcopi cap. 60. n. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 83. n. 85. cum multis seqq. Sanchez lib. 3. disp. 9. Coninch, disp. 27. à num. 56. Reginald. lib. 31. n. 224. Guttier. de Matrim. cap. 57. à num. 3. Bonacina d. quest. 2. puncto 6. num. 7. dub. 3. Basil. Pont. de impedim. Matrim. cap. 62. §. 4. versic. sunt tamen, Hurtado d. disp. 5. diff. 20. à n. 68. Molfes. d. cap. 8. num. 24. cum seq. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. c. 15. à n. 20.

41 Inter justas causas connumerari possunt sequentes, quas uti frequentiores scribere operæ pretium duxi. Prima est, quando creditur Matrimonium injustè impediendum, ut per maleficia, aut parentum, vel aliorum fraudes: ita Francisc. Molin. d. differ. 11. n. 51. Basil. d. punct. 6. n. 6. versic. rogabis, Ugol. d. cap. 60. num. 4. Basil. Pont. ubi proximè, versic. tertius, Molfes. d. cap. 8. n. 32. Novar.

Novar. d. conclus. 77. num. 1. Marcel. Vulpe d. cap. 15. num. 20. vers. prima.

- 42 *Secunda est*, quando virgo sub tutela iniqui tutoris est, qui eam viro ignobili, & dispari tradere vult. Ita Segura d. cap. 16. n. 15. Mozz. de contract. tit. de Matrim. col. 3. num. 16. Spin. d. gloss. 15. n. 31. quos referunt, & sequuntur Sanch. d. lib. 3. disput. 9. num. 13. Aloyf. Ricc. d. resol. 225. num. 3. ubi idem
- 43 *resolvit* † quando virgo erat à viro deflorata, de quo etiam Sanchez d. disp. 9. num. 15. Vel † si filij essent sub potestate novercali, Segura d. cap. 16. num. 13. Guttier. canon. lib. 1. cap. 20. n. 29. & 30. Aloyf. Ricc. d. resol. 225. vers. secunda, Novar. d. conclus. 77. num. 6.
- 45 *Tertia est*, quando Magnates contracturi sunt Matrimonium, quia cum magna deliberatione solet tractari, eorumque impedimenta valde nota sunt, si quæ adsint. Ita Sanchez d. lib. 3. disp. 9. n. 6. Jacob. de Grassis in decis. aureis, part. 1. lib. 2. cap. 86. & de arbitr. confess. lib. 1. cap. 41. Bonacina d. num. 7. vers. quinta, Aloyf. Ricc. d. resol. 225. vers. tertia, Basil. Pont. d. loco, vers. primus, Molfel. d. cap. 8. n. 30. Novar. d. conclus. 77. n. 8. Hurtado d. diffic. 20. n. 70. vers. sexta, novissimè Marcel. Vulpe in d. praxi, cap. 15. num. 20. vers. quinta,
- 46 *Quarta est*, quoties inter contrahere volentes adest disparitas conditionis, ætatis, divitiarum, & qualitatis, quando scilicet nobilis cum ignobili, pauper cum divite, honestæ vitæ cum turpi, & infami Matrimonium contraheret. Ita Navar. in manual. cap. 21. num. 70. vers. advertendum, Vega in sum. lib. 3. cas. 211. Salzed. d. cap. 73. ad finem, vers. dispenset, Spin. d. gloss. 15. princ. n. 28. cum seq. Zerol. in praxi Episcopali, p. 1. verb. Matrimonium, §. 9. in fine, Sanch. d. disp. 9. n. 3. Stephan. Gratian. d. cap. 83. n. 25. Francisc. Molin. d. diff. 11. n. 50. Menoch. consil. 69. à num. 7. Segura d. cap. 16. n. 6. Aloyf. Ricc. d. resol. 22. vers. quinta, Novar. in sing. Canon. concl. 77. n. 5. Hurtado d. diffic. 20. n. 69. vers. quinta, Marcel. Vulpe d. cap. 15. n. 20. vers. secunda, & vers. tertia, me citato in hoc loco, Noguero. d. allegat. 23. num. 106.
- 47 *Quinta est*, quando Matrimonium esset contrahendum in mortis articulo, Sarm. lib. 1. solet. cap. 6. n. 7. Covar. de sponsalib. p. 2. cap. 6. in initio, n. 12. in fine, Spin. d. gloss. 15. n. 25. Azeved. l. 1. n. 38. tit. 1. lib. 5. nova recopil. Fr. Emman. d. cap. 217. n. 2. conclus. 1. Petr. de Ledesma d. concl. 6. vers. el tercero, Henriq. lib. 11. cap. 5. §. 5. Aloyf. Ricc. d. resol. 225. n. 3. vers. septima, Steph. Gratian. d. cap. 83. n. 26. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepiscop. cap. 26. sub n. 2. Sanchez d. lib. 3. disp. 9. n. 19. Molfel. d. cap. 8. n. 33. Novar. d. concl. 77. n. 7. Hurtado d. diffic. 20. n. 68. in fine, me citato in hoc loco, Noguero. d. allegat. 23. n. 5.
- 48 *Sexta est*, quando tempus, quo nuptiæ prohibentur, instat, itaut nequeant omnes denunciationes præmitti, Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Matrimonium, §. 9. in med. Genuens. in praxi Archiep. c. 26. sub num. 3. Reginald. lib. 31. n. 235. vers. quarta, Ceval. d. quest. 604. n. 106. Coninch. d. disp. 17. num. 56. vers. quintò, Aloyf. Ricc. d. resol. 225. vers. sexta, Bonacina d. q. 2. punct. 9. n. 7. vers. tertia, Ugolin. d. cap. 60. n. 4. Molfel. d. cap. 8. num. 31. Hurtado d. diffic. 20. num. 64. novissimè Marcel. Vulpe in d. praxi, cap. 15. num. 20. vers. quarta.
- 49 *Septima est*, ubi contrahere volentes diù habitati fuerint pro conjugibus, & in tali forma erant, & propter verecundiam non audent contrahere, Navar. in man. cap. 16. num. 37. Guttier. de jurament. confirmat. p. 1. cap. 51. num. 22. vers. & tenendo, Sanchez d. lib. 3. disp. 9. n. 5. Aloyf. Ricc. d. resol. 225. vers. quarta, Reginald. lib. 31. num. 235. vers. prima, Coninch. d. disp. 27. num. 56. vers. secundò sine infamia. Cæteras

verò causas videbis apud Doctores supra in discursu citatos, quæ semper Ordinarij relinquuntur arbitrio, Guttier. canon. lib. 1. cap. 19. num. 2. & cap. 20. n. 24. Menoch. de arbitr. casu 433. n. 5. Franc. Molin. d. differ. 11. num. 50.

Episcopo igitur incumbit cura indagandi, an verè sublit causa dispensandi in denunciationibus, quia remittendo eas sine justa, & rationabili causa, peccat mortaliter, Spin. d. gloss. 15. n. 28. Sanch. lib. 3. disp. 8. num. 2. Suar. de Pace d. pralud. 3. num. 11. post Ledesim. Guttier. & alios Aloyf. Ricc. resol. 225. num. 2. Deinde probabiliter credere debet nullum subesse impedimentum; ad hoc autem credendum adduci potest præmissa inquisitione, quam expedire judicaverit; in omnibus enim casibus, in quibus dispensatur, ne denunciationes præmittantur Matrimonio, debet Ordinarius informari, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes, ne periculo exponatur impeditos conjungendi, Sanchez d. lib. 3. disp. 9. in fine. Item curare debet, ut denunciationes celebrato, sed non consummato Matrimonio fiant, si causa solum postulet, ut denunciationes omittantur ante celebrationem matrimonij, ut quando nuptiæ benedici non possunt ob vicinitatem temporis, in quo benedictiones nuptiales prohibentur, & ex alia parte omnino constat subesse impedimentum. Ita Cominch. d. disput. 27. num. 58. Reginald. lib. 31. num. 227. & 237. Bonacina dict. punct. 6. num. 7. in fin. Sanchez lib. 3. disput. 11.

Existente justa dispensandi causa tenetur Ordinarius ad petitionem partis sub pœna peccati mortalis dispensare, præcipue si scandalum sequeretur, vel esset suspicio malitiosi impedimenti. Ita Sanch. lib. 3. disp. 10. num. 6. Alzedo d. p. 2. cap. 7. num. 27. & 31. ubi me ipsum citat, Guttier. canon. lib. 1. cap. 20. n. 23. vers. propterea Ordinarii, & de Matrim. cap. 57. n. 4. ubi num. 5. resolvit † quod in prædictis casibus potest ab eo appellari de denegatione dispensationis, saltem quoad effectum devolutivum, de quo latè Sanchez d. lib. 3. disp. 10. à num. 12.

Aliquando tale periculum, & adeò urgens necessitas esse potest, ut etiam sine Ordinarij licentia conjugium contrahi in præsentia Parochi, & testium, omissis denunciationibus, sine peccato posset; cum enim ea lex humana sit, & quæ non præscribit formam contractui, justa causa ab ejus observantia excusare potest, ut accidit quando periculum est in mora, itaut non possit Episcopus adiri, & alioquin teneretur dispensare, veluti si Confessarius, & testes carerent, ut quidam gladio graviter ictus, & jamjam moriturus duceret in uxorem concubinam, tum ut ad salutem æternam pateret via facilior, tum ut legitima fieret proles suscepta, & à peccato, & censura omnino essent immunes. Ita Henriq. lib. 11. cap. 5. n. 5. ad finem, optimè Sanchez lib. 3. disp. 10. à n. 25. Guttier. cap. 56. n. 3. & cap. 57. n. 6. Basil. Pont. d. §. 4. vers. sunt tamen, Reginald. lib. 31. n. 224. & 236. Bonacina d. punct. 6. n. 7. vers. dixi, il 2. Poslevin. d. cap. 10. n. 11. Fernandez in examine Theologia moralis, part. 3. c. 17. §. 2. num. 12. ubi etiam exemplificat, si vigeat necessitas instantis mortis pro accipienda in conjugem concubina ad satisfaciendum famæ, aut filios legitimos relinquendum, vel oporteat ad nubendum viro æquali, qui aliter discedit, & voluntatem mutabit, Homobon. de Bonis in consult. tom. 2. part. 5. resp. 310. Marchant. in resol. Pastor. tract. 5. de denunciat. cap. 1. q. 4. Marchin. de peste, p. 6. cap. 4. n. 5. ubi docet, quod si pestiferatus in articulo mortis velit concubinam ducere, vel ad prolem legitimandam, vel ad majorem suæ conscientie tranquillitatem, esse denunciationes relinquendas: novissimè Diana moral. resolut. part. 5. tract. 3. resol. 98. ubi ait, non tamen ex hoc sequi, licere in

in articulo mortis unquam contrahere sine Parocho, & testibus, neque ad hoc potest dare licentiam Episcopus.

54 Advertendum est, quando de licentia Ordinarii un tantum denuntiatio præmittitur, non statim ea facta contrahendum esse matrimonium, sed per aliquod tempus arbitrio prudentis viri differendum esset ut deferri possint impedimenta, si quæ extant inter contrahentes. Ita Segura in *direct. iudicium*, p. 2. c. 16. num. 21. Aloyf. Ricc. *dict. resol.* 24. num. 4. post Sanch. Guttier, & alios Bonacina *dict. quest.* 2. puncto 6. num. 16.

55 Et cum qui intra quatuor menses post peractas denunciations non contraxit Matrimonium non posse Matrimonium inire, nisi novas denunciations præmittat arbitrio Episcopi, decisum referunt Rebell. *part. 2. lib. 4. in declarat. illustriss. Card. sect. 2. num. 8.* & Bonac. de *Matrim. quest. 4. punct. 6. num. 1. vers. quarto*, Possevin. *dict. cap. 10. num. 13.* Et quando omittuntur denunciations, statuit S. Congreg. ut post contractum octo dies ante consummationem semel fiant, & alibi jubet, ut nisi necessaria causa obiter, bis, aut ter fiat ante consummationem, teste Chameroza *d. dub. 17. vers. Sexto nota*. Deinde advertendum est, quod exteri antequam admittantur ad contrahendum Matrimonium, debent producere fidem de factis denunciations tribus diebus festis in propria patria & parochia, & conjuges diversarum Parochiarum non possunt contrahere Matrimonium, nisi factis prius denunciations in utraque Parochia, Fusc. de *visitat. lib. 2. cap. 3. num. 21.* Si verò Matrimonium contrahendum esset inter personas diversæ Diocesis, non sufficit fides Parochi affirmantis denunciations esse ritè factas, qui non probat, & nullius roboris esse censetur, nisi ab Episcopo, vel ejus Vicario generali illius Diocesis subscriptione, & sigillo comprobetur, & ab Episcopo, vel ejus Vicario loci, ubi contrahitur Matrimonium, recognita sit, ab eoque licentia contrahendi fuerit obtenta: ita fuisse dispositum per Paulum V. in Rituali refert Marcel. Vulpe *dict. cap. 15. n. 19.*

Proprius contrahendum Parochus qualis?

56 Valde controversum est apud Doctores, quisnam dicatur proprius Parochus ad effectum contrahendi Matrimonium? In quo dubio tenent aliqui eum dici proprium Parochum ad conjungendum aliquos Matrimonio, aliique licentiam conjungendi concedendam, qui in *c. omnis utriusque sexus, de Pœnit. & remis.* appellatur proprius Sacerdos ad audiendas Confessiones, & dandam alteri Sacerdoti audiendi licentiam: sicut enim Concil. Trid. *d. cap. 1.* requirit, ut assistat proprius Parochus, vel alius Sacerdos ex ejus commissione, ita *d. cap. omnis*, ut proprius Sacerdos excipiat Confessiones, vel alius de ejus licentia: ergo idem est proprius Parochus, de quo Trident. loquitur, & proprius Sacerdos, de quo meminit *d. cap. omnis*. Ita docent Petr. de Ledesma de *Matrim. quest. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. concl. 1. & 3.* Spin. in *speculo testament. gloss. 15. princip. num. 38.* Emilian. *Sà in aphorism verb. Parochus sub n. 2.* dum pronuntiavit pro requisitione Parochiæ ad effectum Matrimonii contrahendi, sufficere etiam modicam habitationem: & ideo proprium Parochum, qui ad Matrimonium hodie requiritur, esse Parochum, seu Sacerdotem, cui principaliter incumbit cura animarum loco domicilii, refert decisum Piafec. in *praxi nova Episc. p. 2. c. 4. n. 25.* Sed prædicta illatio, ut infra probabimus, vera non est.

Quare pro veteri præsentis questionis declaratione ad quatuor enunciations illius resolutio revocanda est.

Barbosa de Episcop. Pars I I.

Prima cum aliquis aliò suum transfudit totum domicilium, tunc in loco, in quem transfudit, suam nanciscitur Parochiam, *cap. ult. de Parocho.*

Secunda cum retento domicilio primo, quærit secundum, & in utroque se pariter collocat, in utroque domicilio Parochiam habet, *c. 2. de sepult. lib. 6.* Licet enim per constitutionem unius domicilii censatur alterum destitutum; nihilominus tamen secus dicendum si utrumque æqualiter sit retentum, *l. assumptio, §. jurisprudentibus, & l. ejus 27. §. ult. ff. ad municip. Lotter. de re benefic. lib. 1. g. 20. n. 48.*

Tertia cum retento primo domicilio migrat aliò tanquam peregrinus, novam Parochiam nequaquam adipiscitur *cap. Romana, §. contrahentes, de foro competentis, lib. 6.*

Quarta si priori domicilio retento migrat aliò, sed non animo illic perpetuò domicilium constituendi, anceps relinquitur quæstio, in qua duplex est sententia.

57 Prima tenet acquiri Parochiam ratione habitationis, quando ea brevis temporis non est, sed in id oppidum se aliquis recipit causâ alicujus negotii expediendi, ut eo expedito ad proprium domicilium redeat. In primis probatur ex illatione, quam supra fecimus de Parocho, quem requirit text. in *dict. cap. omnis*, pro Confessionibus audiendis, ad Parochum, quem postulat Concil. *dict. cap. 1.* cum utroque loco eadem phrasi denominetur, sed in *dict. cap. omnis*, appellatur talis habens curam Parochiæ, in qua aliquis per majorem anni partem habitat, ut ibi tenent Joan. Andr. *num. 13.* Anton. *num. 38.* Card. *num. 6.* & Anchar. *num. 9.* Menoch. *conf. 398. num. 25.* prout et in Scholaribus, qui dimisso Sacerdote in patria possunt in loco studii confiteri, resolvit Rebuff. de *privil. schol. privil. 139.* Nam ille dicitur proprius Parochus Scholarium, & mercenariorum, ubi ipsi habitant, quamquam habeant animum redeundi tempore debito in patriam: resolvit post alios Beller. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de exempt. cler. à statutis sacul. §. 5. n. 17.* Ergo similiter is erit proprius Parochus pro Matrimonio, nec ad id requiretur animus perpetuò habitandi. Deinde probatur in *cap. quest. sunt, 16. quest. 1.* ubi dicitur decimas persolvendas iis, à quibus per anni circulum Missas audiunt, ubi sola habitatio ponderatur. Et in *cap. fin. de Paroch.* ibi: *Cum ad inhabitandum in ea se quamplurimi contulissent, ut ii qui ob bellum ad alienam Parochiam confugerunt, dicuntur Parochiani.* Et *cap. in nostra de sepult.* ibi: *Soluta quarta Parochiali Ecclesia, de cujus Parochia mortuorum corpora assumuntur, ubi sola habitatio, & non animus manendi ponderatur.* Quare hanc sententiam defendit Sanch. *lib. 3. disp. 13. à num. 12.* post Veg. Seg. & Cevall. quos citat, & refert in quadam causâ dictum fuisse illum dici proprium Parochum in cujus Parochia habitant contrahentes tempore Matrimonii, Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decis. 244. in 1. edit. & resol. 214. n. 1. in 2. edit.* sequuntur Bonacina de *Matrim. q. 2. punct. 3. num. 1.* Guttier. *cod. tract. c. 63. n. 19.* Alphons. Narbona *ad l. 20. gloss. 2. n. 1. tit. 1. lib. 4. recop. pag. 389.*

59 Secunda sententia ait, ut vetè aliquis dicatur Parochianus, exigi animum constituendi ibi domicilium, quare si illud habeat in uno loco, & transferat se in alium, non animo permanendi; sed ex causâ limitata ad tempus, quâ finitâ rediturus est ad proprium, non censi illius loci, in quo ad tempus adest, Parochianus; sed loci domicilii permanentis. Probatur in *cap. is qui, de sepult. in 6.* ubi expressè habetur transferentem se ad villam causâ recreationis, vel ad ruralia exercenda; non effici villæ Parochianum, sed proprii domicilii. Quare hanc partem (cui tanquam probabiliori adhæreo) tenent Panormit.

H h